



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Exterminatione Mali, Et Promotione boni - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1613**

Pars I. De substantia & excellentia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77843)

nam? Quis impedimenta huius placiti obsequij impendēdi depellet? Sed hæc quæ subiciemus, attentè lege, & multo magis actione cõple; nam si Dei gratia adiutus impleueris, te difficultatem vicisse & calasse reperies. Dauid certè Amalecitem, qui ipsum deduxit ad cuneum hostium suorum, ex quorum manibus vxores suas & substantiam extorsit, vita donauit, & (vt credibile est de liberalissimo principe) magnis præmijs affecit. Sed ego deducam te non in acies ho-

Asium, à quibus forsitan capieris, sed in aciem virtutum omnium, in qua te ipsum per delicta & imperfectiones perditum inuenies, & celestibus diuitijs, quas communis pater Adam perdidit, cumulaberis. Hoc tantum præmium requiro, vt non superbe qualiscensor & iudex, sed modeste vt auditor discendi audis legas, vt quæ legeris, actione complere cures, & dum impleueris, emolumento, & exultatione, & præmio ex verâ virtute proueniente fruaris.

1. Reg.  
30. 15.



P A R S P R I M A

Huius libri de substantia & excellentia Virtutis.

**Q**UIA tamen instrumenta cuiuscumque artis, qualia futura sint, ex cognitione operis, quod ars illa prestat, omnino dependet; ideo volentibus nobis instrumenta artis spiritualis inquirere, quibus virtus ipsa est addiscenda & actione formanda, operæ pretium est, ab ipsa virtute, quam discere & exercere intendimus, tractationem inchoare. Dicemus itaque primò, quid virtus sit quantaque eius nobilitas atque præstantia, vt ea cognita, qua ratione mentibus nostris inferenda sit, quibusque instrumentis efficienda, melius & facillius capiamus. Hæc etiam prima tractatio, non solum cognitioni, sed etiam affectui deserviet; cognitio enim à nobis virtutis pretio, eiusque decore perspecto, voluntas non poterit eius amore non capi, & ad illius studium incitari. Id solum curandum nunc est, vt imperitia sermonis nostri dum illustrare virtutem vult, ei tenebras non offundat. Quod ille daturus est, cuius sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas. O igitur, tu Domine, qui ex ore infantium & lactantium laudem perficis, & per incipientes etiam, vt omnes te loquentem intelligant, perfectorum sapientiam loqueris: illumina mentem, excita affectum, & versa stylum meum, vt verâ de virtute doceam, & dum alijs prodesse studeo, ex eo quod de tua largitate pro illis accipio, me ipsum satis famescentem quoque reficiam.

De Virtute in generali, Quid sit.

CAPVT I.

**Q**UI in re magni momenti volunt punctum veritatis attingere, & in ipso opere non errare, solent viros sapientes accersere, & peritos illius artis, ad quam pertinet opus, vocare, vt auditis illorum sententijs meliorem eligant, aut ex omnibus aliquid colligentes, operatum opus pulchrius & absolutius efficiant. Sapiunt quidem, dum ita faciunt, quoniam documentum sapientis Salomonis amplectuntur: Vbi non est gubernator, populus corrumpet; salus autem, vbi multa consilia. Sicut enim populus, siue in quiete pacis, siue in belli discrimine pessum it, gubernatore & consilijs destitutus, stat verò, & floret, & crescit optimo rectore, & salutaribus consilijs gubernatus: ita quaeres & quodque negotium, præter sapientium consilia gestum, perditur, & secundum illa in opus educatum facillimè propagatur. Nos igitur qui virtutis naturam inuestigare cupimus, eiusque notionem alijs tradere incipimus, hoc saluberrimum documentum sequamur; & quid alijs de virtute senserint, quæ ratione eam definierint, prius explicemus, vt vel vna sapientissimorum virorum sententia

**B** nos doceat, vel ex singulis aliquid assumentes, vna à nobis collecta descriptio, tum nos, tum legentes erudiat. Summus Philosophus Aristoteles, qui in exponendis rebus ad mores pertinentibus fuit admirabilis, in tradenda notione virtutis seipsum excessit, & quasi suum acutissimum ingenium post se reliquit. Sic enim virtutem definiunt: Virtus est, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Cuius iam eximium elogium elucet. Quid namque optabilius homini esse potest, quam vt ipse bonus sit, & eius opera bona reddantur? Certè quidem omnia in suo genere bona esse percipiunt, adeo vt res etiam inanimes in hoc naturaliter elaborent, vt seipsas in suo loco constituent, & in eo se seruent, possant, atque promoueant. Quid ergo debet optare homo, nisi virtutem, qua bonus homo redditur, quæ à fœditate nequitia liberatur, qua suorum operum bonitatem & pulchritudinem adipiscitur? Relictis verò alijs huius Philosophi descriptionibus, quæ in idem incidunt, Basilij vitium ac virtutem simul in hunc modum describit: Hæc est vitij definitio, præuis & à præceptis Domini abhorrens vsus earum facultatum, quæ boni causa data nobis à Deo sunt. Quemadmodum contra virtutis, quæ ex Deo est, eandem vsus, bona adhibita mente, præceptis Domini conueniens. Ex qua etiam magnus nobis vitij metus

Arist. 2.  
Ethicor.  
c. 6.

Basil. reg.  
2. in. dis.  
pne.

incutitur

Proem. 11.  
14.

incurritur, & magnus virtutis amor iniicitur. Nam tremendum est, viribus malè & ad offensam Dei vti, quas ipse in suum obsequium dedit, quod sanè inultum esse non sinet: pulchrum verò & nostro desiderio dignum, easdem vires à seruitute peccatorum eripere, & ad immensum præmium accipiendum, virtutis ministerio sanctis operibus occupare. Augustinus vitio relicto, quod vitiam omnino relinquamus, solam virtutem sic definit: Virtus est bona qualitas mentis, qua rectè viuatur, qua nemo malè vitur, quam Deus in nobis sine nobis operatur. Et hæc quoque descriptio magnam virtutis dignitatem ostendit. Optima enim res est, quæ non iam soli corpori corruptibili sed menti immortalis congruit. Desiderabilis res est, quæ rectam vitam & Deo placitam efficit. Honorabilis res est, quam quisque in sanctum usum accipit, & nemo in malum usum tangit: & tandem magna & eximia res est, quæ Deum solum auctorem agnoscit. Dicitur autem Deus, operator virtutis in nobis sine nobis, comparatione quidem virtutum infusarum; quoniam ipse solus habitum infusæ virtutis infundit: comparatione verò virtutum acquisitarum, quoniam ipse solus semina harum virtutum ac primas de eis acquirendis cogitationes immittit. Bernardus denique, vt reliquos virtutem describentes omittamus, sic eius naturam declarat: Virtus si perfecta sit, facile animum victorem sui & inuictum reddit ad omnia. Est quippe vigor animi cedere nescius pro tuenda ratione: Aut, si magis probas, vigor animi immobiliter stantis cum ratione vel pro ratione. Vel sic: Vigor animi, quod in se est, omnia ad rationem cogens vel dirigens. In hac similiter descriptione virtutis magnus eius decor inspicitur, quæ talis est, vt mentem ad deteriora labantem teneat, & mille modis ad exorbitantiam impulsam, à ratione discedere & à bono separari non sinat.

Iam ex his omnibus virtutis descriptionem colligamus, quæ pro nostro modulo, eius naturam proprietatesque declarent: Virtus est supplementum naturæ, ornamentum mentis, facilitas boni operis, quæ benè sanctèque viuimus, qua veris malis, scilicet peccatis, resistimus, qua meritis cumulamur, qua vitam æternam promeremur, & Christi imagines ac Dei imitatores efficiamus. Neque enim hic sermo est de illis virtutibus, aut fictis aut imperfectis, quas Philosophi quæserunt, sed de illis, quas fidelis anima, veri Dei & Christi, Filij eius, cognitione imbuta, ac diuina gratia adiuta comparat, & ad vitam beatam assequendam refert. Optimè profectò virtus appellatur supplementum naturæ; quoniam homo post originale peccatum, nascitur pronus ad malum; ante hoc verò peccatum, si suæ naturæ relinqueretur, vitæ nasceretur ineptus ad supernaturale bonum, & non omnino aptus ad bonum rationis, cui appetitus aliquantulum reluctaretur. Quid ergo facit virtus? hunc defectum nostræ naturæ supplet. Nam ipsa cum sit quædam qualitas, ac quidam bonus habitus menti insitus, pronitatem ad malum moderatur, difficultatem ad bonum vincit, ex ea parte, qua virtutes morales continet: ex ea verò, qua supernaturales amplectitur, mentem ad bona supernaturalia erigit, & ad actiones naturæ facultatem excedentes mirè disponit. Diabolus aliquid conatus est facere, & addere naturæ nostræ, nempe crimen & vitium, quibus nos Deo inuitos faceret, & in damnationem deiiceret. Deus autem vt opus suum à diabolo destructum statueret, & hominem perditum reformaret, virtutem ei addidit, vt sibi ex inuito gratum faceret, & in cælum erigeret. Rebus aliis, ad finem tantum naturalem creatis, dandæ quidem fuerunt vires

A & proprietates cuiuscunque naturæ congruæ, quibus possent operari: nihil autem fuit addendum naturæ, quia his quæ propria habet, ad suum finem vallet peruenire. At homini, ad vitam cælestem creato, addenda fuit virtus, qua caput in cælum attolleret, & ad actiones vita cælesti dignas assurgeret. Supplet ergo virtus, quod humana natura non potest, vt vbi ista definit, illa suum opus incipiat.

Aprè etiam virtus, ornamentum mentis vocata est; nam mens sine virtute, tum nuda, tum turpis, & deformis apparet. Diciturque illi, necdum virtute circumdatæ, per Ezechielem: Et eras nuda & confusione plena. Et Ioannes in Apocalypsi ait: Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. Infelix est peccator, qui dormit & stertit, & se ac sua custodire non curat, quia bonis spoliatus, & turpis ac deformis apparens, in postremo die ab Angelis irridebitur. Beatus autem iustus, qui vigilat, qui vestium suarum, id est virtutum seruandarum & augendarum, magnam rationem habet, quoniam in eodem examinationis die de ornatu & splendore laudabitur. Est itaque vitium, turpitudos; & virtus, ornatus, quem Dominus per Isaiam, iuxta mysticum sensum, quem Hieronymus late profequitur, ab animabus, quæ ex iustitia superbiunt, se ablatum minatur, cum ait: In illa die auferet Dominus ornamentum calcamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & cetera quæ sequuntur, quibus, vt hic sanctus doctor ait, signata sunt variarum ornamenta virtutum. Eademque ornamenta apertissime Ecclesia se accepisse gloriatur, cum per eundem prophetam ait: Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsam decoratam corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Et Hieronymus virtutes, mentis ornatus appellat, dicens:

C Vis scire, quales quærat Dominus ornatus? Habeto iustitiam, temperantiam, prudentiam, fortitudinem, nihil hac gemmarum varietate distinctius. O pretiosa ornamenta, quæ totam mentem, non ad vanitatem sed ad veritatem, exornant, & ex mente in corpus etiam signa decoris effundunt! Nam virtus intellectum ornat luce, voluntatem rectitudine, irascibilem lenitate, concupiscibilem moderatone, & corpus ipsum motibus honestis adaptat, vt in toto homine nihil incompolitum inornatumque relinquat.

D Vocatur deinde virtus facilitas boni operis, quoniam hominem ad bona & sancta opera pronum facit, omnem difficultatem & repugnantiam, à consuetudine vitiosa exortam, submouet, & voluptatem in bonis operibus ac suauitatem attribuit. Ideo autem puto, virtutem fuisse vocatam amoris ordinem vel amorem Dei, quoniam non tantum amorem ordinat, sed etiam ex eo quod amoris habet, omnia opera studiosa faciliat. Nihil omnino esse virtutem affirmauerim, inquit Augustinus, nisi summum amorem Dei. Namque illud quod quadripartita dicitur virtus, ex ipsius amoris vario quodam affectu, quantum vitinà ita sit in mentibus vis, vt nomina in ore sunt omnium, sic etiam definire non dubitem: vt temperantia sit amor, integrum se præbens ei quod amatur: fortitudo amor facile tolerans omnia, propter quod amatur: iustitia amor soli amato seruiens, & propterea rectè dominans: prudentia amor, ea quibus adiuuatur, ab eis, quibus impeditur, sagaciter seligens. Hæc ille & alia ad idem

Aug. lib.  
2. de lib.  
arbit. ca.  
18. & 19.

Bern. ser.  
85. in  
Caus.

Ezechieh.  
16.7.  
Apoc. 16.  
15.

Isaia 1.  
18.  
Hieron. ib.  
lib. 2.

Isaia 61.  
10.

Aug. lib.  
1. de mo-  
ribus Ec-  
cles. c. 15.  
T. 1.

propo

propolium. Quare, rogo, omnis virtus est amor, nisi quia ita nos moderatur & regit, vt suaviter in suas actiones ducat: ita trahit, vt voluptate trahat: ita impellit, vt mens in bonum, ad quod impellitur, magna facilitate feratur? Vitium quidem ad actiones vitiosas inclinat, & tantam in eis facilitatem & fidam suavitatem ponit, vt vix ab eis iniquis separari se sinat. Et proverbum est, vt inquit Salomon: Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Virtus ergo idem faciet, quasi illud corruptio naturae roborat, hanc ratio, cui virtus est, consona & diuina gratia confortat. Meritoque iustus ait, facilitatem & suavitatem in operibus virtutis inueniens: Intrans in domum meam, conqueiescam cum illa: non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tedium conuictus illius, sed laetitiam & gaudium.]

Virtute bene sancteque viuimus; quoniam opera illius bona sunt, & cogitationes ac affectiones illius sanctae sunt. Ipsa nos ad Deum, tanquam ad finem, mittit, eique, tanquam bono nostro, & bono in se summo, & infinite concupiscibili, amore & imitatione coniungit. Vnde virtutem vocat Augustinus, non quemlibet amorem, sed amorem summi boni, summae sapientiae, summaeque concordiae. Non autem alij, quam Deo, nos coniungit amor Dei. Ipsa nos ad sancta opera incitat, & in bona ac secundum Deum vita confortat. Est quippe virtus, inquit Laurentius Iustinianus, (propheta perhibente) panis solidus, confirmans cor hominis, & ad bene viuendum omnia interiora membra corroborans. Hunc pacem mystice comedit Propheta, & aquam bibit, propter quod adeo effectus est validus, vt in fortitudine cibi ac potus istius, quadraginta diebus totidemque noctibus ambularet, donec pertingeret ad montem Dei, Horeb. Dices igitur tu, qui ad spiritualem montem perfectionis conaris ascendere, quibus debeas vi alimentis, quatenus quadraginta dierum peragrate valeas iter. Nunquam Evangelicae perfectionis rudimenta & decalogi mandata perficies, si non sapientiae aqua & virtutis fueris panis saginatus. Si autem sanctitas nihil aliud est quam munditia, nos Deo iungens, & rectam ac illibatam nostram conuersationem faciens, manifestum est, quia virtute, ista nobis praestante, bene sancteque viuimus, & boni ac sancti apud Deum & homines, vera sapientes, reputamur.

Virtute veris malis, peccatis nempe vitis que, resistimus. Nam sicut ipsa est filia gratiae, ita etiam est diligentissima & fidelissima gratiae custos, pro cuius semper tutamine ac augmento laborat. Quare si videat occasiones peccatorum emergere, si animaduertat peccata, quae hostes sunt gratiae, ad nos decipiendos aduenire, vt nempe consensum in malum, gratiae destructorem, extorqueant; statim leone fortior, & animosissimo duce constantior, opponit se illis, ab ipsis etiam portis cogitationis arceat, & victa ac confusa abire compellit. Hoc autem opus vnum est duobus est, in quae virtus incumbit. Recteque Basilus dixit: Virtus est vitatio mali, studium boni. Et Marcus eremita illud primum opus exponens, ait: Qui temperantis est animi, a crapula & gastrimargia abstinet: opum negligens, ab avaritia: quietus, a garrulitate: purus & castus, a voluptatibus: pudicus, a scortationibus: contentus, a studio congerendae pecuniae: mitis & mansuetus, a tumultu & turbis: humilis animi, ab ambitione & vana gloria: qui praestitit a contentione: redarguens, a simulatione. Similiter qui vacat precationibus, ab incredulitate & diffidentia alienus est: confessor,

A a negatione: martyr, ab idololatria. Vides ergo quemadmodum omnis virtus, quae ad mortem vitae perficitur, nullum aliud opus, quam peccati abstinentia, sit. Hae ille. Quare eo dixit, nullum aliud nisi abstinentiam peccati, opus esse virtutis, non quia virtus solum peccatis resistat, sed quia dum bonum facit, peccatis etiam obstaculum, ne ingrediatur, opponere intendit. Ecce viros bellatores, quos Dominus praecipit circumire urbem Iericho, vt muri eius funditus corruant, & vniuersi Israelitarum hostes intereant. Cinitas haec, vitorum typus, bellatorum circuitu & tubarum clangore subuersa est, quia videlicet dum virtutibus vitia coangustamus, & in caelum tuba orationis clamamus, peccata, vitorum progenies, euincimus.

B At tandem, vt finiam, virtute merita cumulamur, cum actiones eius in eo qui amicus est Dei, & gratiam habet, merita sint, quae prioribus adiecta meritis cumulum spiritualium diuitiarum augmentant. Et vitam aeternam promeremur, quae non aliis, quam bonis operibus seu virtutis actionibus promissa est. Illisque, qui in huiusmodi se actionibus exercent, dicit Dominus: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Et Christi ac Dei imitatores efficitur. Quoniam cum Deum mente concipimus, statim offert se nobis Dominus quidam sanctissimus, optimus, iustissimus, benignissimus, omnis boni amator, & omnis mali abominator & vltor. Et cum Christum meditamur, eisdem virtutibus cinctum videmus, qui imago Dei est, & dixit: Qui videt me, videt & patrem. Dum ergo virtutibus congerendis & augendis insistimus, Dei & Filij eius, Iesu Christi, imitatores sumus: & dum hoc studium magis promouetur, magis ac magis ad eius imitationem accedimus. Cuius rei testes sunt Basilus & Gregorius. Ille ait: Qui in seipso, quantum in ipso sit, naturam diuinam liberrimam affectu tranquillitatem imitatus fuerit, hic deo datam prius in animo suo Dei imaginem restituit pristino nitore. Hic vero inquit:

C In electorum multitudine impressam redemptoris imaginem videmus, dum qui terrena omnia despiciunt, carnis voluptates fugiunt, propria derelinquunt; tanto altiori potestate radiant, quanto haec tanta virtutis insignia, in veterum multitudine sancta Ecclesia non habebat. Sic illi. Haec est virtutis facies, satis profecto amabilis, satis decora, quae vel sic, absque ornatu visa, mentem nostram admiratur, & immensum sui amorem ac desiderium imicit. Nunc quo vehementius eius consortium desideremus, paucas eius ex multis perfectiones aduertamus.

Quanta sit Virtutis honestas.

CAPVT II.

E ONVM Doctores, tum externi, tum nostri, triplex esse censuerunt, illudque honestum, vile, & delectabile nuncuparunt. Celebris est haec diuisio boni apud Aristotelem & Cicronem, quam integram, no tam probat, quam insinuat Ambrosius, dicens: Nos nihil omnino, nisi quod deceat, & honestum sit, futurorum magis, quam praesentium metimur formula. nihilque vile, nisi quod ad vitam illius aeternae proficit gratiam, definimus, non quod ad delectationem praesentis. Eam tamen Thomas Aquinas & omnes doctores, qui scholas sequuntur, & subtilius rerum

Tosue 6. 3.

Math. 23. 34.

Basil. ser. de instr. monacho rum.

Greg. in 1. Reg. ad 2. lib. 1.

Arist. 2. Ethic. c. 3. Tullius lib. 5. Tuscul. quae. Ambros. 1. offic. c. 9.

D. Thom. 1. p. 9. 5. art. 6.

Prou. 22. 6.

Sapient. 8. 16.

Aug. sup.

Iustin. de vita solit. c. 11. Psal. 103. 15. 3. Reg. 19. 8.

Basil. tom. 13. exhortat. ad baptis. mum. Marcii Eremit. capitulum de his qui putant ex operibus iustificari. To. 3. 3. biblio.

naturas inuestigant, vnanimi consensu approbant atque recipiunt. Cū verò ea quadret in bonum absolutè sumptum, vt bonum naturale moralè que comprehendit, nos qui nunc homines in spiritu erudimus, eam ad solum bonum hominis angustamus. Est ergo bonum honestum, quod hominem decet, in quantum homo est, quod rationi & legi Dei est consentaneum, quod sui gratia seu propter seipsum appeti potest. Bonum verò vile est, quod gratia alterius appetitur, & ad assequendum finem prodest. At bonum delectabile est, quod terminat nostrum desiderium post adeptionem rei amata, tanquam quies & tranquillitas desiderij, in qua conuiescimus. Horum trium bonorum primum, est præcipuum & per se bonum, quia simpliciter homini conueniens: reliqua verò duo eatenus dicuntur bona, quatenus illi primo seruiunt, aut quatenus illud consequuntur. Quare Ricardus Victorinus bonum vile, ait, non tam vocandum esse bonum, quàm commodum, non quia bonum non sit, sed quia omnis eius bonitas, ex eo quòd conferat ad bonum honestum, petenda est. Bonum verò delectabile vocatur iucundum, iuxta illud Psalmi: Quàm bonum & quàm iucundum, habitare fratres in vnum.] Hæc tria bona seu hæ tres rationes boni, maximè in virtute reperiuntur, quæ eo maiori conatu appetenda & querenda est, quo omnem in se boni rationem continet. Si enim quodlibet bonum, per se aut seorsum sumptum, appetitur, quidni omne bonum diligentius & ardentius appetatur?

Ricar. de stat. inter. vioris hominis ca. 33.

Psalm. 132. 1.

Cicer. of. scio.

Aug. lib. 2. de lib. arb. c. 19.

Bern. ad fratres de monte Dei loge ante suu.

Virtus ergo bonum honestum est, parum est hoc, bonum honestissimum est, immò & ipsa honestas est à nobis existimanda. Nam & Tullius dixit: Virtus & honestas duo nomina sunt, sed res subiecta eadem est. Et, si opera nostra honesta sunt, quia virtute pollent, quia ab ea progrediuntur, & in illam tendunt, manifestum est, ipsam virtutem, honestatem esse, à qua alia honesta vocantur. Bonum honestum, maximum bonorum est, & virtus sola maxima bona complet, quare ipsa sola inter bona creata, quibus ad felicitatem imus, bonum honestum est. Comprobet hoc Augustinus: Virtutes, inquit, quibus rectè viuunt, magna bona sunt: species autem quorumlibet corporum, sine quibus rectè viuere potest, minima bona sunt: potentia verò animæ, sine quibus rectè viuere non potest, media bona sunt.] Si ita vires animæ amamus, vt sensus, & appetitus, & potentias rationales; si corpora, extra nos posita, quia vitæ mortali seruiunt, vt cibum, & vestem, & domum, diligimus; quanto maiori amore & dilectione est digna virtus, quæ reliquis vt maximum infimo aut medio præfertur, & sine illa cor nostrum, etsi cæteris affluat, nunquam plenè satiatur? Virtus bonum honestum est, quoniam hominem docet. Cuilibet enim rei id maximè conuenit, quòd secundum eius naturam est: virtus autem secundum naturam est hominis, quare illi maximè conuenit. Nullum vitium, inquit Bernardus, naturale est, virtus verò omnis homini naturalis est. Et post pauca: Virtus, quoniam natura res est, cum venit in animam aliquando, non venit sine labore, sed venit in locum suum, & sedet fideliter, & bene cum ea naturæ conuenit, cum nullum præmium potius sit ei, quàm in Deo conscientia sui. Dicitur autem virtus omnis naturalis, non quia naturæ limitibus contineatur, cum aliquas virtutes, vt fidem, vt spem, vt charitatem, supernaturales esse sciamus, nec quia solis naturæ viribus in nostris mentibus procreetur, quas bene nouimus gratiæ auxilio ad virtutes quæ-

rendas indigere; sed quia homini rationis compo-  
 tum nihil aliud magis conueniat, quàm viuere secundum rationem: quòd à virtute provenire, vt statim dicemus, certissimum est. Quòd si quisque in illud bonum maiori studio fertur, quòd proprium cogitat, adeò vt illius comparatione alia omnia contemnat: nos qui virtutem, proprium bonum nostrum scimus, id est, naturæ nostræ conueniens & in nos quadrans, quo homines sumus, eam bonis alijs præferamus. Alia quidem bona vel externa sunt, & nos non tam afficiunt, quàm circumsepiciunt, vel vestimento nostro, id est, corpori adherent, quæ aut alijs rapientibus, amittimus, aut ipsis senescentibus, deseremus, aut intereunte corpore, cum eo deponemus, & carne corrupta, decident. At virtus in immortalis domicilio, nempe in mente, recondita, & per assuetudinem quasi in naturam versa, nullis rapientibus diripietur, nullo tempore veterascet, nulla mors à mente diueller. Egregieque dixit Tullius: Omnia alia caduca sunt, yna virtus est ætissimis defixa radicibus.] Alia bona fortassis nostra, digna laude efficiunt, non nos: at virtus tanquam conueniens homini, vt homo est, cum laude & honore dignum reddit. Templum quidem Dei in scripturis sanctis non de auri & argenti copia, non de magnifica ædificatione, sed de sanctitate laudatur. Sanctum, inquit, est templum tuum, mirabile in æquitate.] Non dixit, ait Augustinus, templum sanctum tuum mirabile in columnis, mirabile in marmoribus, mirabile in tectis anratis; sed mirabile in iustitia.] Quare hoc? Nisi vt intelligamus, templum Dei sanctum, quòd sumus nos, non de honoribus, non de diuitiis, non de corporis aut pulchritudine aut robore, sed de virtute debere laudari? Quia illa corpori seruiunt, virtutes verò illud, quo homines constituimur, scilicet mentem afficiunt. Ideòque fortassis Deus ipse, in omnibus & per omnia laudabilis, à sanctis Angelis de sanctitate laudatus est, qui clamabant: Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum:] vt intelligeremus hanc esse suorum veram laudem, quòd virtute ac sanctitate præfulgeant.

Tullius.

Psalm. 64. 5. Aug. ib.

Isaie 6. 3.

Aug. lib. 2. de lib. arb. c. 19.

Ex eo etiam virtus honestissima est, quòd ipsa & eius actio, adeò est legi Dei & rationi consentanea, vt solis virtutum actionibus omnem legem compleamus, & secundum rectam rationem vitam instituiamus humanam. Reliqua enim bona ita bona sunt, vt secundum naturam suam non sint rationi consona nec legi conformia, & ideo eorum vsus potest esse malus. Quòd vitium experimentum non quotidie demonstrasset in multis, qui opibus, honoribus, voluptatibus, & ipsis sensibus, ac animæ viribus male, & aduersus Dei præceptiones vituntur. At virtus quia ex natura sua bonum secundum rationem & legem est, nunquam in malum vsum assumitur. Virtutibus, inquit Augustinus, nemo malè vitur, cæteris autem bonis, id est, medijs & minimis, non solum bene, sed etiam malè quisque vti potest. Et ideo virtute nemo malè vitur, quia opus virtutis est bonus vsus istorum, quibus etiam non bene vti possumus. Nemo autem bene vtendo malè vitur.] Sic ille. Quibus non solum quòd dicimus, astruit, sed & efficacissimè dicti rationem ostendit. Eo enim ipso quòd virtute malè vti velis, in vitium dilaberis, & à virtute deficiis. Vt si misericordiæ opera ad captandam inanem gloriam intorqueas, si statum à curis mundi sequestratum profitearis, vt te principes huius seculi prælatione onerent, & solitudinibus terrenis inuoluant, quis dubitet te in his actionibus, quæ primo aspectu, virtutis esse

tis esse

tis esse videntur, à virtute defecisse, & non merita sed demerita cumulasse? Hinc autem oritur, vt virtus semper nos bonos faciat, & quia nunquam à lege & ratione separatur, possessores suos, studiosos reprehensibilisque constituat. Enimvero est, o homo, quod bona sint omnia quæ possides, nunquam tu sine virtute bonus eris. Bonæ sunt opes tuæ? Quid interest? Nam si diues fueris, non eris immunis à delicto. Boni honores & dignitates tuæ? Quid refert? Cùm improbis collata dignitas, vt inquit Boëtius, nō solum non faciat dignos, sed multoties ostendat indignos? Bona est domus tua, bona vestis tua, bonus cibus, & bonus potus tuus? Quid dicam: bonus est intellectus tuus, acutus ingenium, præmaturum iudicium, robustum corpus, expeditus sensus? hæc omnia sine virtute te bonum non faciunt, sed si eis malè utaris, maiori damnationi subiiciunt. Nam & si quis callidus est ingenio, inquit Bernardus, si vigeat, si præmuret intellectu, instrumenta sunt hæc, tam vitiorum quam virtutum. At si virtutem possideas, licet omnibus aliis careas, re vera bonus eris, ab omnibusque, etiam iniquis, bonus appellaberis. Vidimus enim sanctissimos viros bono salutis orbatos, & plagis, vlcibus, ac morbis exesos: Vidimus eos sine honoribus, sine dignitatibus, sine opibus, sine delicijs vitam duxisse, immò inglorios, infamia notatos, mendicitate & molestiis oppressos, in aliam vitam emigrasse, quos tamen ob horum defectum nemo infelices aut malos putat, quin potius ob tantorum malorum tolerantiam, felicissimos ac optimos predicat. Est ergo virtus omnium bonorum optimum, & (vt verius dicam) inter omnes res creatas ipsa sola (si de morali bonitate loquamur) bona est, quæ nos coram Deo & hominibus bonos efficit, & reliqua omnia, si ei contradicant, mala esse demonstrat, & si ad ipsam referantur, eis bonitatem impertit. Virtus prorsus est honestissima, quæ nos legi Dei subdit, Prælati & eorum iussionibus obsequentes facit, rationi rectæ subiicit, & actiones humanas, ab ea dimanantes, honestas & Deo placentes elicit. Quod si in rebus nostris bonitatem, quæ nos bonos reddat, id est, virtutem, queramus: aliquando ita pueri sensibus sumus, quod detritam vestem, vel infirmam vocem, vel linguam balbutientem habere erabescimus; & nō nos pudet virtute carere, sine qua non iam vestes, sed animam improbam & Deo iniustam circumferimus. Bona vis habere, inquit Augustinus, & bonus non vis esse? Nam dic mihi, o homo, quid est quod velis tu malum habere? Non uxorem, non filium, non seruum, non domum, non equum, non tunicam, postremò non caligam. Rogo te, præpone vitam tuam caligæ tuæ. Nam quid est quod tantum peccasti in teipsum, vt omnia velis habere bona, & teipsum non velis habere bonum? Sic ille. Nuncitaque, quia volumus animam cum reliquis rebus habere bonam, immò eam præ omnibus habere sanctam & puram, cura nos honestatis atque virtutis adipiscendæ sollicitet, quam si assequuti fuerimus, non iam ex parte & secundum minima nostra, sed secundum id quod nos homines facit, & secundum id quo sumus boni ac iusti, predicabimur.

Demum, si bonum honestum est, quod sui gratia & non propter aliud appetimus, quin & reliqua propter ipsum cupimus, hæc ratio manifestissime in virtute conspicitur, propter quam honestissima esse probatur. Non est aliquid requirendum, propter quod virtus appetatur; nam qui humilitatem, vel obedientiam, vel quamlibet aliam virtutem propter bonitatem ei in vitam appetit, & qui opus virtu-

A tis exequitur, vt bonitatis virtutis sit particeps, etiam si nihil aliud respiciat, nullo modo à reparationis sententia discedit. Quia enim virtus est quædam participatio bonitatis Dei, & habet Deum quasi in sua ratione imbibitum, quem operando imitatur, ideo per se ipsam est amabilis, & qui eam amat, Dei participationem & diuinæ bonitatis imitati onem amat, quod sui gratia appetendum esse omnis Philosophia proclamat. Alia verò omnia, vt vita, vt salus, vt honos, vt diuitiæ, & reliqua quæ in minimis, aut medijs bonis numerantur, virtutis & Dei gratia appetenda sunt, adeò vt si in hunc finem, vel actum, vel virtutem, vel habitum non referantur, tanquam suo sine carentia, nos in aliquod saltem leve delictum impellant. Vide ergo quanta sit virtutis honestas, quæ ipsa per se ipsam bona existens, vniuersa alia, quæ appetuntur & desiderantur, honestat. Virtus est, quæ mentem indifferentem, & neque ad bonum, neque ad malum astricam, ad bonum determinatque definit; & quasi pondus illi adicit, vt à malo fugiat, & in bonum atque honestum insita inclinatione propèdat. Hæc animus ad omne opus rationi consentaneum, nō tantum idoneum, sed & facile ac promptum reddit, & sicut ludimagister facillimè pulcherrimos characteres delineat, & effigiat imaginem perfectissimam pingit, & musicus leuissimè citharam pulsat: ita virtutis possessor, sine vlla difficultate in studiosas actiones incumbit. Hæc in bonis operibus quoddam genus immobilitatis adicit, & incredibilem firmitatem attribuit. Nam & arbor fructus fert stabiliter iuxta naturam suam, & homo iuxta qualitatem insitam menti suæ. Et omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem arbor malos fructus facit. Hæc profectò sententia de hominibus bonis ac malis à Domino pronuntiata est, quos arboribus comparat, quia secundum virtutem aut vitium, quod dominantur in eis, bonum vel malum firmiter operantur. Licet in hoc sit arboris hominisque discrimen, quod hæc naturaliter fructificat, homo verò licet firmiter, tamen spontaneè & libere fructus malorum aut bonorum operum profert. Virtus est, quæ studiosas actiones magno valore nobilitat. Neque enim minus distant bonum opus ex virtute, aut sine virtute progrediens, quam dies, & nox, cælum, & terra. Aspice duos, quorum alter ex virtute misericordie, alter sine misericordia elemosynam tribuat, & apertè cognosces nullam à nobis exaggerationem fuisse prolatam. Ille quippe finem proprium virtutis, aut vltiorem & meliorem finem, nempe Dei gloriam simplicissime intendit: hic finem præposterum, aut finem bonum terrenis mouentibus mistum, & satis imperfectè querit. Ille ex maiori scientia boni, & magis ex electione operatur: hic magis ex passione aut affectu naturali mouetur. Illius opera sunt, vt fructus maturi vineæ, aut agri bene culti, corpori salutare & gustui suauitate: istius verò vt fructus vineæ aut agri inculti, qui parum reficiunt corpus, & dentibus ituporem immittunt. Ac tandè vide discrimen inter actionem illius, qui ex arte bene acquisita scribit, aut lyrâ pulsât, & illius, qui sine arte characteres efformat, aut musicum percutit instrumentum; quia tale omnino reperitur inter actionem illius, qui ex virtute, & actionem illius, qui sine virtute bonum opus exequitur. Bonorum laborum, id est illorum, qui ex vera virtute procedunt, [gloriosus est fructus,] vt in libro sapientiæ scriptum est, [quæ non concidat radix sapientiæ.] At de operibus impiorum, & qui sine vera virtute aliquid moliantur, postea scribitur: Confringentur rami inconsummati, & fructus illorum inutiles & acerbi ad

Ecol. 11. 10. Boëtius.

Bern.

Aug. ser. 12. de verbis Domini.

Matth. 7. 17.

Sapient. 3. 15.

Sapient. 4. 5.

manducandum, & ad nihilum apti.]

His intelligitur, virtutem, bonum esse honestissimum, quod iure debemus aliis bonis omnibus antepone- re. Si enim bona corporis amamus, quæ qualitatem corporis habentia aliquando pereunt, quanto magis sunt diligenda virtutes, quæ mentem incorruptibilem ornantes, sine fine perdurant? Si thesauros huius sæculi concupiscimus, quos tinea & ærugo demolitur, & quos fures effodiunt & furantur; quanto æquiori iure sunt amplectenda virtutes, quibus nec fur appropriat, quæque nec tinea corrumpit? Si amore tertiorum capimur, quæ non tantum bonis, sed malis quoque & reprobis dantur, quanto ardentiori studio, virtutum amore illigari debemus, quæ solis bonis & ad Dei amicitiam aspirantibus conferuntur? Ad alia bona capessenda voluntas humana non sufficit, quorum assequutione sæpe alij eadẽ cupientes impediunt, aut vires in homine ad ea obtinenda deficiunt: at virtus sola voluntate, diuina gratia adiuta, quæ nemini deest, ab eius amatore conquiritur. Alia bona tẽpore aduersitatis decreverunt, & huius vitæ miseris crescentibus tandem omnino deficiunt: virtus verò in paupertate crescit, in ægritudine adolescit, & in ipsa morte corporis vitam incorruptibilem induit. Hæc facit homines venerabiles & omni honore dignissimos; nullaque est gens tam inculta aut natio tam barbara, in qua virtute pollentes, non primas honoris & reuerentiæ partes obtineant. Diuites exterius à pauperibus honorantur, nobiles ab ignobilibus & principes à subiectis, in magna veneratione habentur; at iusti omnium conscientia & ipsa natura impellente, intus in animo digniores & feliciores reputantur; quos diuites, quos nobiles, quos principes, & reges honorant, & ob vnam virtutem se meliores & beatiore existimant. Beata ergo, & benedicta à Domino illa anima, ait quidam doctor, cuius humilitas alterius superbiam confundit, cuius mansuetudo alterius iram extinguit, cuius obedientia tacite pigritiam alterius increpat, cuius fetor alterius inertiam excitat, quæ fratris sui interiorem oculum turbatum gratia adificationis & consolationis illuminat. Nam inter homines quæ sublimior & Deo gratior esse conuersatio potest, quam eorum qui se penitus vitis abdicant? qui virtutum studiis animum efficaciter dedicant? Qui ceteros, exercitio quotidiano student: qui crebra fidelium acquisitione per doctrinam, lacrymas, orationes, & exemplaritates patriæ cœlestis gaudium semper multiplicant, vt egressuri de hoc mundo feliciter audiant: Intra in gaudium Domini tui.] Hæc Herpius. Ex hoc ergo honestatis capite magnum robur habet virtus ad voluntatem captiuandam, quia sola virtus inter omnia creata, aut quod ad virtutem quoquomodo pertinet, vt eius effectus, vel causa, vel subiectum, honestatis est capax. Vnde iusti, qui honestatem amant, & bono honesto delectantur, non est cur aliud nisi virtutem, & quæ ad virtutem pertinent, aliquo modo requirant. Quæ si careant, sine cuius gratia laborant, manifestè carent, & iusti esse desinunt; quam si habeant, suum finem, propter quem conditi sunt, scilicet Deum, assequuntur. Eius enim domicilium est virtus, in qua possidetur, adoratur, & colitur. Possidetur, inquam, ab his, qui virtute pollent, dum hæc mortalitas durat in spe, & post hanc mortalitatem re ipsa tenetur, & se tenentes ac possidentes vera felicitate lætificat.

Matth. 6.  
19.

Henrr.  
Herp. lib.  
1. Theo.  
myst. a.  
6.22.

Quanta sit Virtutis Utilitas.

CAPVT III.

**M**AGNA est sanè virtutis honestas (vt vidimus) sed in nullo minor est eiusdem utilitas, adeo vt sicut eam, bonum honestissimum esse censuimus; ita nunc sine vlla errandi formidine, bonum omnium vtilium vtilissimum reputamus. Quamobrem si virtus sua honestate ad amorem sui excitat, non minus sua vtilitate ad amorem inuitat. Solam virtutem inter res creatas, bonum honestum esse monstrauimus; quia omnia honesta & decora à virtute honestatem habent, & quid erit si eam solam, bonum vtile existimemus? Videbitur hoc forsitan alicui falsum & absurdum, cum innumera alia vtilia nominentur, vt cibus, & vestis, & salus, & integritas corporis, & innumera alia, sine quibus vita ista non ducitur: sed est, si rectè intelligatur, assertio verissima. Duo ergo nobis ostendenda sunt: alterum, virtutem esse bonum, omnium bonorum vtilium vtilissimum; alterum, solam illam esse vtilem, & reliqua inutilia & noxia, si à virtute separentur. Illud facili negotio probatur: Nam bonum vtile definitur, quod conducit ad finem: omnium ergo vtilium vtilissimum erit, quod magis conducit ad finem, & sine quo omnino non potest obtineri finis. Talem autem esse virtutem, sacra scriptura clamat, & nullus fidelis ignorat, & solus ille, qui sensu & cognitione careret, ad dubitaret. Finis enim noster, possessio Dei est, cuius gratia reliqua appetenda sunt, & cuius comparatione vtilia aut noxia reputanda. Nam ideo vocatur Deus [principium, & finis.] Et æterna veritas dixit: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum.] Hunc autem finem nostrum, non salute, non opibus, non honoribus, sed virtute consequimur. Id enim significat illa verba: Quis ascendet in montem Domini? Aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & munda corde.] Et illa: Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, id est, virtutibus, innixa super dilectum suum? Quibus verbis duplex ratio ascensionis in cœlum denotatur: Virtutis opus scilicet & auxilium gratiæ Dei. Et rursum illa Isaiæ: Qui ambulat in iustitiis, & loquitur veritatem. Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum, sublimitas eius.] Illaque Pauli: Reddet his, qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem querunt, vitam æternam. Et iterum: Gloria, & honor, & pax omni operanti bonum.] His omnibus & aliis innumeris, non diuitibus, non nobilibus, non honore fulgentibus, non robustis corpore, sed robustis corde, scilicet iustis, æterna vita promittitur. Ergo iustitia & virtus omnium rerum est vtilissima ad consequendum vitæ æternæ finem. Quod si alia vtilia sunt, id habet, quia proximè, aut medio aliquo interiecto ad virtutem parandam conferunt. Vt, exempli gratia, salus est vtilis ne à virtute secunda impediamur: res temporales viles, vt necessaria habentes ad virtutem iuuemur: honor vtilis, vt munere nostro, tum in nobis, tum in aliis, virtute proficiamus. Si verò hæc & alia media, aut indifferentia operi virtutis obstitissent, & nos peccatis illigarent, eo ipso vtilitatem amitterent. Atque adeo virtus non solum vtilissima est, sed & ratio, quare alia sint vtilia vel inutilia, apertissimè esse conspicitur. Sapienterque Ambrosius ait: Neque aliqua commoda in facultatibus & copiis opum constituimus, sed incommoda hæc putamus, si non reiciantur (intellige cum virtuti opponuntur) eaque oneri magis cum sint æstimari, quam dispendio, cum erogantur.] Hæc ille.

Apol.  
2. 12.

Ioan. 17.  
3.

Psal. 23.  
3. 4.

Cast. 8. 5.

Isaia 57.  
15. 16.  
Rom. 2.  
57.

Ibidem.  
8. 10.

Ambros. 1.  
off. c. 9.

Vt au

Ut autem probè sciremus, virtutem nobis vtilissimam esse, eam sapientes nostri omnium rerum vtilium nomine nuncuparunt. Vtilis quidem putatur, & meritò mundicies corporis, quæ & salutis naturali est necessaria, & sine ea in publicum prodire, & cum hominibus conuersari vix possumus. Virtus verò mundicies est animæ, quæ eam à peccatorum fecibus liberat, & à fordibus vitiorum expurgat. Iob enim ait: Saluabitur innocens, saluabitur autem in mundicia manuum suarum. Nemo est tam ignarus, qui putet hominem manuum corporis mundicia saluari. Vnde sensus est: Innocentem propter operum suorum bonitatem esse saluandum. Quia, vt Gregorius ait, illum in extremo examine iustitia æterni iudicis saluat, quem hîc eius pietas ab immundis operibus liberat. Virtutis igitur actiones mundicia sunt, quibus & salutem mentis adipsificum, & sine rubore cum Deo & Angelis conuersamur. Proptereaque scriptum est: Qui diligit cordis mundiciam, propter gratiam labiorum suorum, habebit amicum regem: illum scilicet regem, qui per cuncta sæcula regnat in cælis. Vtilis est pax, quæ cædes, & famēs, & feruitutes, & rapinas, & alias iniurias, ex bellis provenientes, arceat? Et virtus est pax animæ iucundissima, quam nobis nolentibus nemo corumpet. Annon pax, quæ passiones nostras effervescentes & ad sensibilia anhelantes cohibet: Annon pax, quæ tentationes aduersus legem Dei insurgentes aut mitigat, aut omnino tollit? Annon pax, quæ inquietudines ex nimio occupationibus generatas, eas moderando, depellit? Verè pax, quam Dominus predicaturus aduenit, de quo à Zacharia fuerat prædictum: Loquetur pacè genibus. Et Paulus videns illud impletum, & spiritu exultans, ait: Et veniens euangelizauit pacem vobis, qui longè fuistis, & pacem his, qui propè: quoniam per ipsum accessum habemus ambo in vno spiritu ad Patrem. Quamnam quæso pacem Christus euangelizauit nobis, nisi pacem Euangelij, cuius, peccatorum detestatione & virtutum exercitatione, participes sumus? Hanc euangelizauit Iudæis, qui propè, & Gentilibus, qui longè erant, vt per virtutem ipsius in spiritu charitatis gratiam accedendi ad Deum obtinerent. Vtilis est victoria, qua tempore belli pacem assequimur. Virtus autem est victoria; nam ea affectus nostros & vitia vincimus, & demones nos ad peccata incitantes prosternimus. Artes quidem sola cessatione ab opere & ociofate oblivioni tradimus: & ira præposteros mores nostros, à quibus per studium virtutis cessamus, eo ipso deducimus. Et non aliter tentatio, actione virtutis compressa, extinguitur, quam flamma, si non erumpat, suffocatur. Quod si armis victoriam de hostibus obtinemus, quæ ideo vtilia reputantur: virtutes sunt arma nostra, quibus nos defendimus, & hostes occidimus. Id satis apertè Apostoli testimonio probare possumus, qui exhortatur nos vt pugnemus [per arma iustitiæ, à dextris & à sinistris.] Id est, vt virtutes vitis contrarias, vt exponit Anselmus, vt humilitas deiciat superbiam, largitas extirpet auaritiam, benevolentia inuidiam, & sic cæteræ virtutes destruant opposita sibi vitia. Et alio loco cuilibet virtuti proprium genus armorum applicat: State, inquit, succin di lumbos vestros in veritate, & induti lorica iustitiæ, & calcatei pedes in preparationem Euangelij pacis: in omnibus sumentes scutum fidei, & alia quæ sequuntur. Sunt itaque virtutes arma nostra, sine vlla comparatione, armis corporalibus præstantiora. Ita namque sunt ex ferro, illa ex imitatione Dei: quia dum illum imitamur, vir-

tutes induimus. Arma corporalia corpus protegunt, virtutes mentem. Illa nobis nolentibus, ista, non nisi nobis volentibus, superantur, & confinguntur. Illa ita limitata sunt, vt non nisi vni vsui deseruiant: nam galea semper est galea, non gladius: & gladius semper est gladius, non galea: At virtus eadem non vnam animæ partem, sed totam mentem armat, & protegit, & pro variis armorum generibus valet. Docuit hoc egregiè Augustinus, qui cum virtutes, arma dixisset, subdit: Veruntamen charissimi, arma ista non sic putetis esse, vt quasi quod scutum est, semper scutum sit; aut quod galea est, semper galea sit: aut quæ lorica est, semper lorica sit. In istis enim armis corporalibus ita est. Quanquam & de ferro quæ sunt, mutari possunt, vt ex gladio fiat securus. Tamen ipsum Apostolum videmus dixisse, quodam loco lorica fidei, & alio loco dixisse scutum fidei: scutum ergo est, quia tela inimicorum excipit, & repellit: lorica est, quia interiora tua transigi non sinit. Sic ille. Ac proinde virtus, vtilissimum est armorum genus, quod vsibus variis aptatur. Est galea, quia caput, id est, Dei cognitionem, protegit: est lorica, quia corpus, id est omnem vitam spirituales, munit; est scutum, quia tela tentationum excipit: est ensis, quia hostem propius accedentem arceat; est lancea, quia eminus positum & è longinquo dimicantem ferit, & est omne genus armorum, quoniam & brachia, quibus pugnamus, & pedes, quibus ambulamus, scilicet actiones nostras affectusque defendit. Est murus, qui nos vndique cingit, ne ab aduersariis expugnemur: est turris contra Damascum, ne vitia contraria timeamus, & robur cordis, quo vniuersa vitia superemus.

Sed omnium rerum huic vitæ vtilium, vtilissima habentur diuitiæ, quibus alimenta, & tegumenta & medicamina cœmimus, omnique nostræ indigentia subuenimus. Virtutibus autem quis iure hanc gloriam adimat, vt nostræ opes veræ sint, & nominentur? Profectò temporalia bona, si rectis oculis conspiciantur, nostra non sunt, quorum non tam domini, quam custodes & administratores efficiuntur: quæ, dum ea retinere volumus, fugiunt; dum ea cupimus custodire, perduntur: quæ nos interdum in maiori indigentia relinquunt; atque adèd si nostra non sunt, neque bona nostra sunt. At virtutes sunt veræ diuitiæ & nostræ diuitiæ, quæ nunquam nos deserunt, nec à nobis fugiunt, sed in vita & post vitâ conitantur, & in maiori indigentia, nempe in hora mortis, fidelissimè assident nobis, & animas hinc emigrantes in vitam æternam deducunt. Audiamus Bernardum, pulcherimis verbis testimonium huic veritati perhibentem: Filij Adam, inquit, genus auarum & ambitiosum, audite: Quid vobis eum terrenis diuitiis & gloria temporali, quæ nec veræ nec vestræ sunt? Aurum & argentum nonne terra est rubra & alba, quam solus hominum error facit, aut magis reputat pretiosam? Denique si vestra sunt hæc, tollite ea vobiscum. Sed homo cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Veræ ergo diuitiæ non opes sunt, sed virtutes, quas secum conscientia portat, vt in perpetuum diues fiat. De gloria quoque dicit Apostolus: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ. Et alio loco ait: Hoc chirographum paternæ tuæ hereditatis, quod tibi euoluimus, vbi inspicias portionem substantiæ, quæ te contigit. Induere fortitudinem, & hereditati. Posside fidem, posside pietatem, posside sapientiam, sed sapientia sanctorum ipsa est timor Domini, & habes quod tuum est. Habes sine defraudatione integrum paternum fundum.

Iob 22.

30.

Greg. 16.

mar. 10.

Prouer.

22. 11.

Zacharia

ria 9. 10.

Ephes. 2.

17. 18.

2. Corin.

6. 7.

Ansel.

ibid.

Ephes. 6.

14.

Aug. lib. de doctr. Christiana.

Bern. ser. 4. de Aduent.

Psal. 48.

12.

2. Corin.

1. 12.

Bern. lib.

2. de consolat.





Pretiosissimus fundus virtus est. Bonus fundus humilitas, in qua omne ædificium spirituale constructum, crescit in templum sanctum in Domino. Sunt ergo virtutes veræ diuitiæ nostræ, quarum præsidio in hac vita & in futura, necessaria mereamur. Nam earum actionibus reficimur, & cælesti consolatione potamur, & vestem gratiæ & habitaculum diuinæ protectionis promeremur. Post mortem verò vitam æternam iuxta oblatum pretium virtutum, accipimus: & qui magis strenue se in virtutibus exercuerit, in illa cælesti patria maiorem gloriam comparabit. Si ergo viles putantur & sunt temporales diuitiæ, quia illis necessaria ad vitam mortalem transigendam mercamur, quàm in immensum viliores erunt virtutes, quibus non iam necessaria ad vitam, sed ipsam vitam & illam immortalem perpetuamque, coëmimus? Verè omnibus thesauris pretiosiores sunt virtutes, quia præmium æternæ vitæ de virtutis actione procedit. Meritoque dixit Socrates (vt quidam doctor refert) bonorum omnium & totius prosperitatis causam penes virtutem consistere: ipsamque solam esse, quæ res impossibiles ad possibilem redigit facilitatem: solamque virtutem posse fortunatissimum facere; & absque virtute ex aliis prosperis neminem posse felicitatem inuenire. Audi in quantis virtus diuitiis temporalibus præstet. Nam diuitiæ bona externa sunt, quas alij possunt deprædari: virtus verò bonum internum, quod à nemine potest auferri. Diuitiæ vsu consumuntur, virtutes promouentur, & cresunt: illæ sæpe animæ saluti obfunt, istæ quanto maiores, magis profunt. Diuitiæ virtutes dissipant, hæ verò diuitias ipsas, à quibus dissipantur, & reliqua bona temporalia custodiunt. Diuitiæ non semel faciunt suum possessorem malum: virtutes efficiunt bonum. Ac tandem diuitiæ, vt bonæ sint, debent à virtutibus regi, hæ verò habent à solo omnium autore gubernari. Hæ igitur sunt veræ nostræ diuitiæ, quæ sua possessione nos ditant, & dum opibus temporalibus bene vtuntur, merita æterna in cælestibus tabernaculis collocant.

Habemus iam, virtutem esse omnium vtilium vtilissimam, in quam omnium vtilium vtilitates congeruntur, quaque homines ad veram felicitatem ascendunt: Nunc ostendamus, nihil esse vile præter virtutem: non quia res creatæ non sint viles ad suos fines, quorum gratia à Deo conditæ sunt, sed quia illæ omnes proximè vel remotè ad virtutem sunt referendæ; ita vt si virtutem quouomodo lædam, eo ipso vtilitatem amittant. Non est difficile hoc persuadere legentibus, si ordinem rerum à Deo conditarum aduertant. Est enim ordo sicut in efficientibus, ita etiam in finibus, ] vt omnis Philosophia testatur: Et sicut vnus effectus, exempli gratia, homo genitus, pendet à proxima causa, nempe ab homine, & homo pendet à sole, qui omnium generationum ponitur causa, & sol pendet à primo cælo, quod spatio viginti quatuor horarum suum circulum conficit, & primum cælum pendet à Deo: ita hæc res, putà medicina, dicitur vtilis, quia conducit ad hunc proximum finem, nimirum ad comparandam salutem corporis; & hæc pendet ex alio fine, nempe ex humanis operibus, propter quas rectè præstandas queritur salus; & istæ pendunt ex recta ratione, cui debent esse conformes; & hæc pendet ex voluntate Dei & præceptis eius, quæ sunt de virtutum actionibus, per comparationem ad quæ recta & iusta nuncupantur. Vide nunc ordinem ac dependentiam efficientium causarum, quia si primam tollas, omnes tollis, & postremum effectum im-

pedies. Si enim Deus per se aut per subiectam intelligentiam primum cælum non moueat, illud vtiq; non mouebitur: si primum cælum non moueatur, nec sol circulum diurnum conficiet: si sol à suo motu cesset, homo non generabit: si homo non generet, homo productus non erit. Idem est quoque finium ordo. Nam si voluntatem Dei non impleamus, eiusque præcepta seruemus, ratio nostra, quæ contrarium Dei præceptis dicitur, recta non erit: si ratio recta non sit, nec actiones humanæ rectæ præstantur: si actiones humanæ rectæ non sunt futuræ, sed Deo contrariæ & iniustæ, salus corporis in peccatis consumenda, non est vt bona desideranda: si salus non est peccatori, eam in peccatis & sceleribus consumpturo conueniens, nec medicina salutem ad pattandam iniquitatem efficiens vtilis erit. Omnis ergo rerum vtilitas ex postremo fine petenda est. Non quidem, quia res vt viles censeantur, debeant semper in vltimum finem actu aut virtute dirigi: sufficit enim vt de se possint in illum referri, sed quia tales esse debent, & taliter à nobis assumi, vt nos à Deo, sine nostro, non separent. Quare ex eo viles sunt, quod aliquo modo Deum, finem respiciunt, & in veram virtutem, qua Deo iungimur, saltem eam non impediendo, tendunt. Quæcumque igitur virtus non sunt, aut aliquam eius rationem non induunt, saltem hanc, quod virtuti non aduersentur, inutilia immò & noxia sunt æstimanda. Ergo sola virtus est vtilis, quam mentem suo vero fini, scilicet Deo, iungit, & alias res omnes, quia aut in eam tendunt, aut illi non aduersantur, viles efficit. Et merito dixit Augustinus, Non vtiliter in tempore viuatur nisi ad comparandum meritum, quo in æternitate viuatur. Nichil profectò in rebus terrenis est ipsa vita vtilius; si autem hæc inutilis est, nisi ad comparandam vitam æternitatis ordinatur, quæ per studium virtutis paratur, quanto magis reliqua non tam vtilia, nec tam desiderabilia, inutilia & inania habenda sunt, si virtuti & æternitati aduersentur? Hæc ita esse, scriptura sacra manifestè docet, dum homines, & studia eorum, virtuti aduersantia, inutilia appellat. Dauid ait: Omnes declinauerunt, ] id est, à Deo desciuerunt. Et statim subiungit: Simul inuiles facti sunt; ] quia rectam viam virtutis deserere, & à Deo deficere, est hominem reprobum atque inutilem fieri. Et Sapiens: Sapientiam & disciplinam qui abiicit, infelix est, & vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum. ] Et Paulus: Qui volunt diuites fieri, incidunt in desideria inutilia. ] Ac tandem Isaias: Cogitationes eorum, id est, impiorum, cogitationes inuiles. ] Ecce cogitationes inuiles, & desideria & opera inutilia, & res inuiles à scriptura deuntur, quæ virtuti & legi Dei obstant, vt dicas, solam virtutem, & quouomodo ad eam pertinentia, vilia censere, & reliqua inutilia & noxia nuncupare. Anne temporales opes viles censebis, si te in superbiam erigant? An honores, si te à desiderio honoris & gloriæ Dei separent? An voluptates, si cor tuum, ac si esset bruti cuiusdam, in terram inclinent? An salus, si te ad malum habilem faciat? An vita, si solum cumulandis peccatis deseruiat? An viles erunt propinqui, si te rebus terrenis inuoluant? An amici, si te ad malum pertrahant? An famuli, si tibi in fouendis iniquitatibus tuis ad nutum obediant? Non puto, hominem, qui homo sit, id est rationis compos, tam apertè decipere, vt hæc quæ corpori profunt, si animæ & virtuti obfint, vilia dicat aut sentiat. Quin immò sicut gladius in manu

Arphius  
lib. 1.  
Theol.  
myst. c.  
24.

Arist.  
2. Me-  
taph. c. 2.

Augst.

Psal. 52.  
4.

Sapient. 3.  
11.

1. Ti-  
moth. 6.  
9.

militis

militis strenuè pro patria pugnantis, vilis, & in manu frenetici, inutilis & noxius dicitur: ita quodcunque bonum in potestate peccatoris, eo ad malum ventis, inutilis reputabitur. Ex eoque dixit Dominus: Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proice abs te. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proice abs te. ] Quidnam manu, & pede, & oculo in humano corpore inuenitur vtilius, quibus laboramus, progredimur, & videmus? At hæc tam chara, tam vtilia, eo ipso quod virtuti contradicant, pestes sunt nostræ, quas non vt commodum, sed vt detrimentum afferentes, debemus omnimodis refutare. Alia ergo non tam necessaria qualitatem mutant, & si antea vtilia erant, inutilia redduntur, si actionibus virtutis obstant.

Si autem virtus maximè vtilis est, & sola vtilis (vt monstratum est) quia reliqua solum, quatenus virtuti seruiunt, aut virtuti non aduersantur, habentur vtilia, quis ambigat eam summis conatibus esse querendam, si quidem iuxta vtilitatis, aut necessitatis mensuram solemus conatum rebus querendis adhibere? Certè quidem mundani homines magna cura argentum erunt ex visceribus terræ, quia illius vsu suis necessitatibus prouident. Maiori verò cura effodiunt aurum, & pro minori copia aut maiorem copiam argenti libenter impendunt, quia aurum sciunt argento esse pretiosius. Adhuc vehementiori conatu querunt gemmas & lapides pretiosos, quoniam secundum humanam æstimationem argento & auro præferuntur. Quid ergo facerent, & quanta sollicitudine illam tem quererent, si reperiretur in rerum natura, quæ simul esset argentum, & aurum, & gemma, & lapis pretiosus, & quicquid magnum, & pulchrum, & pretiosum possent cogitare? Hæc res, ô homo, virtus est, quam non vna angustat vtilitas, sed omnia vtilia continet, omnemque in ea vtilitatem inuenies. Hæc vt cibus, reficit; vt potus, recreat; vt vestis, operit; vt gemma, ornat; vt aurum & argentum, ditat. Hæc in prosperitate moderatur; in aduersitate consolatur; in ægritudine roborat; in persecutione sustentat. Hæc adolescentiam erudit, ne ignorantiam diligit; iuuentutem cohibet, ne in præcipitium earum virilem ætatem comitatur, ne se peccatis inuoluat: & senectam ornat, vt apud omnes dignitatem habeat. Hæc se sequentes in hoc sæculo honorat, & in futuro magnificat, & vitam nostram labore & æterno præmio coronat. Nihil igitur est virtuti par, vt verbis Chrysostomi vtar, quæ nos, & in futuro sæculo è gehenna eripit, & regno calorum nobis frui concedit, & in præsentem quoque sæculo omnibus superiores constituit, qui nobis sine causa insidiantur: & non hominibus solum, sed & ipso salutis nostræ inimico, diabolo, fortiores efficit. Quid igitur illi par fuerit, quæ non solum hominibus insidiantibus, sed & dæmonibus superioribus, sui studiosos efficit? Virtus autem est, humana omnia despiciere, futura singulis horis cogitare, nullis præsentibus addictum esse: sed scire, omnia humana, vmbra esse, & somnium, & si quid his vtilius. Virtus est, erga negotia huius vitæ non magis quam erga mortuum affici: & ita vitiosæ operationis expertem, vt ad ea quæ offendere animæ salutem possunt, quasi mortuus quis sit, viuat autem, vt operetur tantum ea quæ spiritus sunt: sicut & Paulus dicebat. Vino autem non iam ego, sed viuat in me Christus. ] Sic ille. Hæc si bene aduertisti, est tota vita spiritualis ab hoc sancto doctore descripta, quam sine vlla exceptione virtuti tri-

Matth. 18. 3.

Chrysost. hom. 3. in Genes.

Galat. 2. 20.

A buit, vt scias, virtutem omnia spiritualis vitæ bona afferre, omnemque eius vtilitates recondere. Virtute namque peccata præterita detestamur, & futura cauemus. Virtute sensus, affectus, & animæ vires componimus. Virtute præceptis Dei, & Ecclesiæ, & Prælatorum obedimus. Virtute cum Deo conuersamur, & mentem ad res cælestes attollimus. Virtute à malo declinamus, & bonum facimus, & recta in vitam beatam tendimus. Hanc igitur omnibus rebus vtilibus præferamus, in qua omnium vtilitates obtinemus.

Quanta sint Virtutis delicia.

CAPVT IV.

B **M**ONSTRATVM est, Virtuti honestatem & vtilitatem inesse, nunc an illi insit voluptas disquirendum est, quæ magnam vim habet ad hominum capiendos animos. Aded sanè, vt hominum hera & domina iure debeat nominari. Herus enim mancipiis imperitat, & seruos sibi subiicit, & ad nutum, vult eorum non solum viribus, sed & voluntatibus vti: & sæua voluptas homines sibi obsequentes ligat, & religat, aded vt aliquando nihil aliud, quam huius dominæ suauitates libeat cogitare. Sapienterque dixit Eusebius: Eorum, qui sædis voluptatibus dediti sunt, nullum tu liberum ducas; hi enim multo senioribus dominis, quam sint, qui fortuna seruos comparant, possideantque, cogentibus eos, seruiunt. Si ergo virtus comitem haberet voluptatem, iam nemo esset, qui virtutis imperium detrectaret, nemo, qui amabilissimæ sponse consortio vilissimi heri, nempe vitij dominatum præferret. Videtur tamèn nullo modo esse verisimile, quod virtus voluptatem habeat, cum potius virtus & voluptas dicantur esse contraria. Est enim qui cecinit, si bene memini: *Hinc virtus, illinc virtuti inimica voluptas.* ] Et Ambrosius ait: Duæ mulieres vnicuique nostrum cohabitant, inimicitias ac discordias dissidentes, velut quibusdam zelotypiæ contentionibus, nostræ replentes animæ domum: Vna earum nobis suauitati & amoris est, blandæ conciliatrix gratiæ, quæ vocatur voluptas. Hanc nobis opinamur sociam ac domesticam, illam alteram, inimicem, asperam, feram credimus, cui nomen virtus est. ] Dominus quoque, virtutis insuauitatem & difficultatem sine vilo fuce demonstrat, ne ad virtutem inuitati, de aliquo dolo aut deceptione conquæramur. Intrate, inquit, per angustam portam, quia lata porta & spaciola via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam. ] Quam angusta porta & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inueniunt eam! Quis autem non videat, insuaue & durum esse, angustam portam ingredi, & arctam viam, in cliuo positam, & anfractuum ac scopulorum plenam, ambulare? Virtus quidem à vi dicitur, & secundum vnam acceptionem robur ac fortitudinem significat, quo datur intelligi, veram virtutem sine inuicta fortitudine, qua nos ipsos cohibeamus, & naturæ vim inferamus, non posse in nostram possessionem deuenire. Vim autem naturæ inferre, & flumè affectionum nostrarum ex antiquo alueo in alia loca deriuare, haud potest magno labore & dolore carere. Nec ineptè quidam virtutem igni cõparauit; nam sicut ignis oculis apparet (sicut re vera est) splendidissimus atque pulcherrimus: sed manibus attræctibus, quas sine vlla mora comburet, acerbus est & terribilis; ita virtus considerationi se pulchram, suauem, & decorat ostentat; executioni verò se austeram esse & amarâ, satis

Euseb.

Siluo Isal. lib. 15. Ambro. lib. 1. de Cain. c. 4.

Matth. 7. 14.

Basil.  
hom. 24.  
de legem.  
lib. gent.

apertè notificat. Et sicut arbor quædam huius America, cuius apud Latinos, & Hispanos, imò & apud ipsos Peruenes, quantum potui deprehendere, est nomen incognitum, glandulas fert, gustui satis suaves, quæ in stomachum traicte miras ventris torsiones & cordis angustias excusant, & noxios humores non sine dirissima conuulsione, pectoris vomitione propellit: sic virtus suavis est palato desiderij nostri, quam amabili aspectu & hilari facie esse considerat, at in mentes nostras actione transfusa, eas vehementer excruciat, quouique præposteros mores & minimas quasque imperfectiones eiciant. Multos tandem labores, nullam verò requiem esse virtutis, Chius Philosophus, quem magnus Basilus citat, & laudat in quadam Herculis narratione, demonstrat. Is enim cum quadam die, an sequenda esset via voluptatis an virtutis, ambigeret; astiterunt illi duæ feminae, quarum conditionem ex ipso habitu statim agnouit. Altera, inquit, forma conspicua, molliore facie, lasciuis oculis, sermone blando, omnia fausta faciliæque, & ad vitæ solatium tendentia per otium, pollicendo, Heculem ad se trahere conabatur. Altera verò vultu rigido, squalenti mœstoque ore, magnam fiduciam atque constantiam præ se ferens, nihil incundum, nihil amœnum ostendebat; laborisque immensos terra marique subeundos. Ecce iterum ex sententia huius Philosophi atque Basilij, virtutem voluptati inimicam appellari, eamque sectatoribus suis non nisi labores & tristitiam offerre; quomodo ergo æquum erit illam bonum delectabile existimare?

Hæc res magni momenti est, & vt pro virtute certemus, & eam deliciis plenam ostendamus, necesse est, sicut & in cæteris rebus, ita duos status in virtute distinguere. Alter est quo virtutem assequimur: alter, quo virtute iam adepti & comparata lætamur. Hæc autem duo in quocumque alio bono esse consideranda, manifestum est. In opibus enim atque diuitiis, aliud est diuitias acquirere, aliud verò quæsitas possidere. In honoribus aliud est, dignitatem ambire; aliud, post eam obtentam subiectis imperare. In voluptatibus carnis, aliud est, occasionem rei amate fruende nancisci; aliud, post eam nactam voluptate potiri. Comparemus nunc singula singulis, & disquiramus an adeptio virtutis, & ipsa virtus adepta, omnium aliorum bonorum adeptioni, & ipsis bonis adeptis voluptate & deliciis emineat. Bonorum terrenorum adeptio amarissima est. Quis enim labores, & angores enumeret, illorum, qui congerendis auro, & argento, & aliis diuitiis insistant? Quantis sollicitudinibus lætentur? Quanto sudore & contritione corporis, quæ ab itineribus, & longis ac periculosis navigationibus afferuntur, toto vitæ tempore onerentur? Quantis, si res non bene succedat, tristitiis & afflictionibus opprimantur? Quis vel mente concipiat ambitiosorum molestias? Nam vt dignitatem concupitam obtineant, homines rogant, quo nescio an in hac vita sit aliquid laboriosius, sicut nihil est in ea, quàm Deum rogare, facilius, coram ignobilioribus se desiciunt, qui se rebus & dolis in regum familiaritatem insinuant, eos non aliter quàm famuli aut serui, expectant, & affectantur, & ab hominum vilium & superborum ore pendunt, quorum ope manus aliquando desideratam obibunt. Quis tandem verbis enumeret amaritudines illorum, qui in fœdissimo cæno carnalium voluptatum quasi fœces volutantur, quos metus supplicij angit, dens male conscientie rodit, & rabies zelotypiæ discerpit? Has autem molestantes spes boni concupiti non minuit, quod modicum est & exile; quod breue &

post modicum finiendum; quod hominis cupientis desideria non satians; quod sæpe sua presentia non lætiam, sed fastidium & tristitiam adiiciens. Meritoque Augustinus, hominum mundanorum studia respiciens, sic disputat de mundo: Ecce, inquit, riuosus est mundus, ecce tantis calamitatibus repleuit Dominus mundum, ecce amarus est mundus, & sic amatur. Quid faceremus, si dulcis esset? O munde immunde, teneri vis periculis? quid faceres, si maneres? Quem non deciperes dulcis, si amarus alimenta mentiris? Et Gregorius: Si subtiliter consideretur omne quod hic agitur, pœna & miseria est. Ipsi etenim corruptioni carnis seruire ad necessaria atque concessa, miseria est: vt contra frigus, vestimenta, contra famem, alimenta, contra æstum, frigora requirantur. Quod multa cautela custoditur salus corporis, quod etiam custodia amittitur, amissa cum graui labore reparatur, & tamen reparata, in dubio semper est, quid hoc aliud quàm mortalitatis vitæ miseria est? Quod amamus amicos, suspecti, ne offendi valeant: formidamus inimicos, atque securi de eis non fumus vitæque quos formidamus: quod plerumque inimicis sic confidenter quasi amicis loquimur, & non nunquam pura verba proximorum, & multum nos fortasse diligentium, quasi verba suscipimus inimicorum, & qui falli nunquam vel fallere volumus, ex cautela nostra grauius eramus; quid itaque hoc nisi humana vitæ miseria est? Sic ille. His omnibus, quibus voluptatem quærimus, tristitiam & dolorem reperimus, & adeptionem cuiuscunque temporalis boni doloribus & tristitiis sentimus asperam, vt vitam lætissimam singulis horis tristem & lætuosam experiamur. Sicque expertus est rex ille, qui omnem curam ac felicitudinem in querenda voluptate collocauerat, siquidem post immensos labores, gratia voluptatis exantillatos, concludit, dicens: Tædium me vitæ meæ, videntem mala vniuersa esse sub sole: & cuncta vanitatem & afflictionem spiritus.]

Adeptio verò virtutis est iucundissima, quia multa habet, quæ laborem extirpandi vitæ, & affectus cohibendi, & se exercendi in rebus arduis immittant. Facit enim hanc adeptionem suauem occupationis nobilitas, quæ homine, ad Dei visionem & fruitionem creato, digna conspicitur. Item & rationalis natura, quæ operibus studiosis pascitur, sicut & natura sensualis congruis sibi actionibus delectatur. Deinde conscientie serenitas, quam solum virtutis opus pacat, atque lætificat. Ad hæc vera laus Dei, Angelorum, & hominum, quæ solam virtutem laudat, & prædicat. Ac tandem spes incomprehensibilis premij & nunquam desituri, quod virtutis amator & affectator expectat. Et hæc spes tanti ponderis est, vt omnem laborem assequende virtutis, melle dulciorem & suauis efficiat. Quod indicauit ille dominus, qui adeptionem virtutis, arctam viam & angustam portam vocauit: dum ei aliud nomen redolens suauitatem imposuit: iugum, inquit, meum suauis est, & onus meum leue. Virtus namque vt in adeptione est, iugum & onus vocatur, sic enim premit, & onerat. At premit suauiter, & onerat leuiter, imò & dulciter propter spem mercedis æternæ, in quam oculos mentis intendit. Audiamus Chryostomum pulcherrimè de hac re verba facientem. Postquam enim dixerat virtutis laborem esse facilem & leuem, quod citò transeat, addit: Non enim transire solum labores atque sudores, sed ad bonum quoque proparare finem (ad facilem vitam quippe contendit) potest consolationem afferre certantibus: ita & temporale sudorum & per-

Aug. lib.  
4. de  
Symbolo,  
c. 1. 20. 9.

Greg. 11.  
mor. c. 26

Eccles. 1.  
17.

Matth.  
11.

Chry.  
hom. 24.  
in Matth.

peruum

petuum coronarum. Et quia pius sunt laboriosa que transeunt, postea gloriosa que permanent, maximum potest laborum esse solatium. Propter quod & Paulus tribulationem leuem vocavit, non utique ad qualitatem tribulationum, sed ad certantem voluntatem, & spem respiciens futurorum: Quod enim, inquit, momentaneum & leue est tribulationis nostre, supra modum sublimitatem, aeternum glorie pondus, operatur in nobis, non contemplantibus nobis que videntur, sed que non videntur. Quod si nautis minaces illi pelagi fluctus, si tempestates atque hyemes agricolis, si vulnera caedesque militibus, si grauissimi illi ictus plagaque pugilibus leues videntur, atque tolerabiles propter spem temporalium ac pereuntium commodorum: multo magis cum caelum proponatur in premio, & ineffabilia illa bona atque perpetua, nihil ex presentibus his aduersitatibus sentitur. Hactenus Chrysostomus. Ex cuius verbis manifeste cognoscitur, virtutis assequutionem reliquis studiis & occupationibus hominum, delectatione preestare. Hanc autem purissimam voluptatem sanctus David mentis ore gustabat, quando canebat: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua; super mel ori meo. Nam que, rogo, sunt eloquia Dei, nisi ut abnegemus nos ipsos, ut patri, & matri, & fratribus, nos in via Dei remorantibus, valedicamus; ut manum & pedem nos scandalizantem abscondamus; & alia huiusmodi legis Evangelicæ difficultia? Sed hæc dulcia & suauia reperit os iustorum, quia ea spiritualis dulcedo cooperuit, & celestis suauitas illiniuit. Igitur comede, fili mi, mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo. Si autem nomine mellis & faui, adhuc virtutis adeptionem non intelligis, audi quod sequitur: Sic & doctrina sapientie animæ tuæ, quam cum inuenieris, habebis in nouissimis spem, & spes tua non peribit. Ideo profecto doctrinam sapientie mellis comparat & fauo; quia, ut inquit Beda, sicut duo illa cibus, ita & hæc doctrinis ceteris dulcedine prestat. Ac proinde magnas inuenit iustus delicias in adeptione virtutis, quas spiritus veritatis maximæ, quam corpus sentit, dulcedini comparauit.

At ipsa virtus iam adepta, & per assuetudinem in mores nostros transfusa, quam dulcis ac suauis sit, quis poterit explicare? Certè quidem reliqua omnia, que in bonis apud homines computantur, adepta vix tantillum delectant, & nullo modo satiant, immò & semper infelicem animam illis adhaerentem curis, conscientie moribus, timoribusque creuant. Si enim ipsa mundi huius voluptas nunquam est pura, sed doloribus & afflictione mixta, cuius extrema, ut inquit Sapienter, luctus occupat, quam putas alia res sæculi delectationem habebunt, quam a terrena voluptate mendicantur? Virtus verò possessores suos, pura & perpetua delectatione perfundit. Et humanus animus, licet huius sæculi bonis orbatas, sibi ipsi de sola virtute cogaudet. Hæc natura sua habitus est mentis; & omnis habitus iam comparatus, & quasi in alteram naturam versus, hominem eo ventem voluptate prosequitur. Nam si vitiosus, superbiæ, & iræ, & aliorum vitiorum actionibus delectatur, quas tanta turba molestiarum & timorum infestat; cur non multo magis virtutis studiosus virtutum actionibus delectetur? Scitè quidem dixit Leo Papa: Si seipsum sibi rationalis homo comparet, omnèsque suorum actuum qualitates vera inspectione diiudicet, nunquid in intimis suis conscientie hoc delectationis inueniet de iniquitate commissa, quod de æquitate seruata? Aut tantum ei incunditatis carnalis voluptas, quantum spiritualis pariet appetitus? Nihil

A profus de virtutum splendore attingit, nihil de suauitate pietatis gustat, qui magis vult fordescere in iis que immunda sunt, quam in iis splendere, que sancta sunt. Non finit ratio, ut in cordibus vsquequaque captiuus ita placeat satiata ira ut remissa vindicta, aut tantum generent gaudium mala quæ sita de alieno, quantum bona expensa de proprio. Felicitior semper parca temperantia, quam profusa luxuria, maiorque est lux humilibus quam superbis, & sublimior mens, que inter prohibita atque permilla certius habet sperare celestia, quam amare terrena. Sic ille. Summus ille conditor Deus, qui non solum res omnes creauit, sed & sua semper prouidentia gubernat, earum actionibus delectationem quasi in premium laboris adiecit. Id enita mihi illa verba Davidis significant: Delectationes in dextera tua vsque in finem. Sunt quidem delectationes in eius dextera; non ut eas a nobis seruet, sed ut in res earum capaces distribuatur. Quibus actionibus putas tu maiorem voluptatem addidit illis, quibus offenditur, an illis potius, quibus placatur: illis quibus sua lex sanctissima conculcatur, & frangitur, an illis, quibus eadem lex diligitur, & impletur? Si ergo illicitis actionibus delectationem aliquam illa summa bonitas non negauit, non quatenus illicitæ sunt, sed quatenus a natura profectæ; quanto potiore & maiorem operibus virtutis concessit? Cogita patrem familiars, cum vase mellis in triclinium ingredientem, ubi filij eius, & serui, & hostes ad mensam accumbunt, ex eoque vase non parum dulcissimi alimenti hostibus & seruis impartientem; an cum ad filios accesserit auarus erit, & sine mellis portione relinquet? Nullo modo. Quod a patrefamilias alienum iudicas, a patre celesti, qui iubet, ne alium nisi ipsum vocemus patrem super terram, alienum existima. Et si quidem ipse hostibus suis, nempe infidelibus & peccatoribus, in rebus huius sæculi voluptatem impertit; & seruis, scilicet fidelibus legem utcumque custodientibus, in rebus mundi delectationem tribuit; filios charissimos, eos nimirum qui se totos virtuti dedicant, sine ingenti voluptate, quam ex bonis operibus percipiunt, nequaquam dimittet. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te! Verè magna ac multiplex dulcedo, quam iustus in celesti patria seruaturam habes, & in hac mortalitate in bonis eorum studiis abscondis.

D Perfecisti, id est, perfectam & consummatam afferuas eam pro eis, qui sperant in te, abundantissimè illis dandam in conspectu filiorum hominum. At nunc, ne deficient in via, stillas quasdam illius æternæ dulcedinis in cordibus illorum infundis, quibus, licet stillis, dulcedines & voluptates sæculi comparatæ, amara & insuaues existunt. Denique [animalia tua,] id est, innocentes & iusti, [habitabunt] in Ecclesia tua. [Parasti in dulcedine tua pauperi Deus.] Paras egeno cibum bonorum operum, sed in dulcedine, ne ob defectum voluptatis, cibum salutis auersetur. Paras in dulcedine, ut bonum opus, quemadmodum dicit Augustinus, fiat, non timore, sed amore: non formidine pœnæ, sed delectatione iustitiæ.

E Hæc virtutis delectatio ac iustitiæ suauitas, adeo viti iusti mentem inescat, ut non solum huius sæculi voluptates spernat, verum & in studio virtutis vix intra metas discretionis seipsam contineat. Nonne legisti in sanctorum gestis, eos indicibiles corporis asperitates pro Christi amore suscepisse, carnem ieiuniis, ciliciis, & flagellis attriuisse, noctes, diuinis colloquiis vacantes insomnes duxisse, & quod mundani refugiunt, ipsos ut dulcissimum & suauissimum

Psal. 15.  
11.Psal. 30.  
20.Psal. 67.  
11.

Aug. ibid.

adamasse? Sed scito hæc omnia tam ardentem ab ipsis fuisse suscepta virtutis opera, quia in illis purissimam voluptatem sentiebant, & non sine magnis deliciis spiritus res sensui horribiles acceptabant. Animus enim humanus robustus & validus, licet amara & aspera æquanimiter toleret, non tamen ardentem & desideranter sine aliqua delectatione suscipit. Quamobrem hoc ardens sanctorum desiderium, quo in amara & ardua feruntur, manifestè arguit, rebus illis amaris aliquam occultam voluptatem inesse, cuius causa ab ipsis non tantum sustineantur, verum & avidè desiderentur. Sapienterque Gregorius illud sancti Iob: Nunquid considerasti latitudinem terrarum? ad mysticum sensum detorquens, de latitudine virtutum intelligit. Virtus quippe ita animum dilatat, ut de rebus asperis & difficilibus gaudeat. Apostoli in flagellis & contumeliis gaudent: Paulus in tribulationibus gloriatur, sancti in penuriis, in nuditatibus, in fame, in siti, & in infirmitatibus carnis exultant. Qui licet gratiam induerint, cum tamen naturam non exuerint, non possent in his laboribus exultare, nisi eos affectos aliqua voluptate sentirent. Sicut enim visum, non nisi lucidum, aut coloratum percipitur, & sicut auditum, non nisi vox aut sonus auditur: ita voluntas non nisi de aliqua voluptate aut consolatione lætatur. Atque adeo sancti & iusti viri, in studiis virtutis exultantes, quæ insinuat & amaritudine obruta apparent, non modicam in eis voluptatem consolationemque percipiunt. Sed quid multis opus est? Sanè vera voluptas, quæ animum fatiet, & quietet, non nisi ex virtute percipitur. Nam terrena omnia, cum summis labiis attinguntur, dulcia videntur, ac dentibus experientie mansa & deglutita, conscientie moribus amarescunt. Virtus autem eminens inspecta, ingenua sua gravitate nonnullum timorem incutit, sed gustata & amplexata dulcescit. Stultum ergo est in alio, quam in vera virtute & in studiosis operibus gaudium & voluptatem inquirere. Sic fatui filij Adam, inquit Bernardus, & præcipiti saltu iustitiam transilientes, & pacem rem finalem in principium convertere, & pervertere vultis? Nemo enim est, qui gaudere non velit. Non stabit, & non erit istud; quia sicut [non est pax impiis,] sic nec gaudere impiis, [dicit Dominus.] Non sic impij, non sic. Prius est iustitiam facere, inquirere pacem, & persequi eam, & sic demum apprehendere gaudium; immò à gaudio comprehendit. Et Chrysostomus: Animi tranquillitatem & lætitiā, non principatus magnitudo, non pecuniarum copia, non potentie tumor, non corporis fortitudo, non mensæ sumptus, non vestium ornatus, non aliud quicquam rerum humanarum adferre consuevit, præterquam rectè factum solum spirituale, ac conscientia bona, quam certè qui puram habet, ut pannosus sit, ut cum fame luctetur, tamen tranquillior beatorumque est iis, qui inter delicias magnopere degunt. Quemadmodum & qui sibi malè conscius est, ut omnium bona possideat, omnium est miserimus. Quapropter Paulus in assidua fame ac nuditate victitans, tum autem & quotidie flagris cæsus gaudebat, ac deliciabatur supra eos omnes, qui tunc regnabant. Achab autem, rex cum esset, ac deliciis sumptuosius perfrueretur, commissio peccato illo genebat, animum despondens, erātque illius facies collabens, & post peccatum & ante peccatum. Igitur si voluptate frui volumus, ante omnia alia, fugiamus vitium, virtutemque scdemur: aliter enim nobis non licet voluptatis participibus fieri, ut ad ipsum etiam regium solum conscenderimus. Hæc omnia ille & verissimè. Voluptas enim exoritur ex præ-

sentia rei conuenientis, sicut & tristitia ex præsentia contrarij. Quid ergo ex vitio, quod naturæ hominis contrarium est, nisi tristitiam hominis, & quid ex virtute, quæ naturæ hominis maximè conueniens est, nisi lætitiā & gaudium expectabimus? In huius gremio anima læta quiescit, & quæcumque aduersantia & dolorem ingerentia, virtutis recordatione aut pellit, aut minuit. Exultatque iustus, licet rebus aduersis circumseptus, quia pura conscientia se mala illa criminibus promeruisse non nouit, & causas esse augendæ virtutis aduertit. Iam itaque qui amore voluptatis capimur, qui tristitiam & dolorem formidamus, qui delectatione maximè ad laborandum permouemur, pro certo habeamus, illam sitam esse in studio & exercitatione virtutis; quam qui non excoluerit, nunquam sibi veram & homine dignam delectationem vindicabit.

Quant a sit Virtutis pulchritudo.

CAPVT V.



Uæ corpori voluptatem afferunt, sæpe solent de fœditate notari, quia cum sint nobis brutisque cotamunia, non solent ab homine tanta libertate & tam recta intentione appeti, quin ipsum aliqua deformitate commaculent. In hoc autem virtus est mirabilis & omni dilectione dignissima, quod sine vlla fœditate deliciis affluit, & immensa quadam pulchritudine fulget. Quam si oculi carnis viderent, omnium ad se, tam sapientum, quam insipientium, amores attraheret. Trahit illa, & quidem potentissimè, sapientum animos, quia oculos mentis habent, quibus virtutis pulchritudo conspicitur. Trahit etiam sæpe animos insipientium, quia licet hos interiores oculos habeat, caligine ignorationis offusos, tamen tantus est virtutis splendor, ut etiam ab ignorantibus videatur. Si qui verò eius decorè non admirantur, nec amore capiuntur, illi sunt, qui more pecudum, oculos solum habent carnis residentes in facie, nec vtuntur spiritalibus oculis, quos naturæ conditor collocavit in mente. Virtutis ergo pulchritudo ex his, quibus similis dicitur, non obscure cognoscitur. Virtutes enim stellis fulgentissimis assimilatae sunt, quarum decore cælum spirituale vestitur. Quia sicut summæ tum per se quidem pulchrum est, ac efficitur stellarum ornatu & varietate pulcherrimum. Ita anima iusta gratiâ iustificantis splendore pulchra redditur, sed dum illi additur multiplex omnium virtutum gratia, non tantum pulchra, sed pulcherrima iudicatur. Virtutes autem stellis similes esse Bernardus censuit, sic scribens: Cælum est sancta aliqua anima, habens solem intellectum, lunam fidem, astra virtutes. Vel certè sol iustitiæ zelus, aut feruens charitas, & luna continentia. Quo modo enim claritas, ut aiunt, lunæ, non nisi à sole est: sic absque charitate seu iustitiâ continentia, meritum nullum est. Porro stellas dixisse virtutes non me pœnitet, considerantem congruentiam similitudinis. Quo modo nempe stellæ in nocte lucent, in die latent: sic vera virtus, quæ sæpe in prosperis non apparet, eminet in aduersis. Sic ille. Licet autem virtus in aduersis magis emineat, ac in prosperis non ita abscondita est, ut penitus non appareat. Nam & iustus in prosperis tantam moderationem, tantum contemptum terrenæ felicitatis obseruat, ut per hæc, quasi per rimulas quædam, splendor virtutis effulgeat. Vnde in prospere-

Iob. 38. m. 18.

Act. 5. Rom. 5. 3

Bern. in illud, Nō est regnū Dei etc. 9. Et potius ser. 2. Isa. 48. 21.

Chryso. s. b. 1. ad Rom. in Mo. 1. q. 1.

1. Reg. 21.

Bern. ser. 27. in Cant.

ris &

ris & in aduersis virtutes sunt stellæ pulcherrimæ, quæ iustam animam cingunt, atque condecorant. Virtutes etiam similes sunt lapidibus pretiosis, quibus non tantum inest valor, sed inæstimabilis pulchritudo. His non terrigenæ tantum, sed & spiritus cælestes ornantur: naturalique eorum pulchritudini ex splendore virtutum decor adiicitur. Vnde sub figura principis Tyri, Angelo illi, qui cecidit per Ezechielem, dictum est: In deliciis Paradisi Dei fuit: omnis lapis pretiosus operimentum tuum. Nam quid aliud gemmarum & lapidum pretiosorum multitudo, nisi virtutum ornamenta designat, quas quia Angelus ille infelix deposuit, turpis effectus, ex spirituum cælestium, qui virtutibus pulchri sunt, habitatione cecidit: His lapidibus pretiosis iusti vestiuntur, ex quibus apud Deum tantum valorem accipiunt, vt vnus eorum mille hominibus iniquis emineat.

Exech. 18. 23.

Ecclesi. 16. 3.

Math. 7. 6.

Melior est enim vnus timens Deum, quam mille filij impij. Hi quidem vilissimi sunt, nec cum vno iusto conferendi, quibus nisi aliqui iustitiæ induant, dum volunt eam a se solum carnis audire, neganda est virtutum in Euangelio contenta doctrina. Idque designat illa Saluatoris sententia: Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos. Vocat enim margaritas, documenta virtutum, eo quod, & magni sint pretij, & magno decore resplendant: quæ in animas sanctas, quasi in sponas filij Dei lectissimas, quadrant, non tamen ante porcos, id est, ante iniquos, suam iniquitatem volentes statuere, sunt mittenda. Alia tandem similitudine virtutis pulchritudo intelligitur, qua multiplex color nominatur, qui speciosissimam autem, nimirum panonem, exornat. Nunquid auis discolor hereditas mea mihi, ait Dominus per Ieremiam? Nunquid auis tineta per totum? Venite, congregamini omnes bestiæ terræ, properate ad deuorandum. Auem discolorem tinetamque per totum, inquit Hieronymus, iuxta litteram, pauum vocat: Tantam, inquit, habuit pulchritudinem Israel, & tantis fuit Hierusalem distincta virtutibus, vt nihil esset bonorum, quod non cerneretur in ea. ] Pulcherrimæ igitur sunt virtutes, quarum præsentia ita animæ speciem exornat, vt Deo ipsam acceptissimam faciat: cuius absentia sic fœdat, vt ipse indignatus, daemonibus ad deuorandum tradat, & animam virtute spoliata a se repellat.

Ierem. 12. 9.

Hieron. lib. 3. in Ierem. ad c. 12.

Parum diximus, dum virtutem pulcherrimam appellauimus, quia quod in rebus creatis pulchrum est, aliquo accidente a se distincto, pulchrum redditur, quod potest a pulchro aut re aut cogitatione separari. Quare cogitare possemus, virtutem ita esse pulchram, vt valeat a sua pulchritudine saltem cogitatione secerni. Non autem ita est, quia cum natura virtutis rationi & legi diuinæ consentiat, & ad solas actiones rationi & voluntati Dei consentaneas impellat, nemo vnquam poterit eam a sua pulchritudine ac decore diuellere. Virtutis enim natura, virtutis pulchritudo est, & sicut ipsa nunquam virtus esse definit, ita nunquam suam formam ac splendorem amittit. Non ergo iam vocemus virtutem pulchram, sed animæ iustæ pulchritudinem. Virtus quippe ab anima vitiorum fœditatem & turpitudinem reicit, & animam formans & afficiens, pulchram & speciosam efficit. Ad quod bene ait Augustinus: Quid est aliud iustitia, cum in nobis est, vel quælibet virtus, qua rectè sapienterque viuatur, quam interioris hominis pulchritudo? Etiam secundum hanc pulchritudinem magis quam secundum corpus facti sumus ad imaginem Dei. Vnde nobis dicitur: Nolite conformari huic sæculo, sed renou-

August. epist. 222. ad Cosim.

Rom. 12. 2.

uamini [in nouitate] mentis vestræ, ad probandum vos, [quæ sit voluntas Dei,] quod bonum, & beneplacitum, & perfectum. Si ergo non in mole, neque in distantibus per loca sua partibus, sicut corpora, siue cernuntur, siue cogitantur: sed in virtute intelligibili qualis est iustitia, mentem dicimus seu nouimus, seu volumus, pulchram, & secundum hanc pulchritudinem reformamur ad imaginem Dei: profectò ipsius Dei, qui reformauit, & reformat ad imaginem suam, non aliqua mole corporea suscipienda est pulchritudo, eoque iustorum mentibus creandus est incomparabiliter pulchrior, quo est incomparabiliter iustior. ] Sic ille. Et aduerte iam aliam virtutis maximam dignitatem, quod similis est pulchritudini Dei. Nam sicut hæc non in aliquibus lineamentis corporis, sed in ipsa diuina natura est, vel ( vt melius loquar ) ipsamet natura diuina, & a corpore secreta est: ita & illa animæ pulchritudo non a corpore pendet, quod marcescit, & tandem interit, sed in illa potiori parte nostri spiritali & immortalis residet. Illa Dei pulchritudo est sua iustitia, & ideo hominibus & Angelis est incomparabiliter pulchrior, quia sine vlla comparatione iustior. Et similiter hæc pulchritudo animæ nostræ, est nostra virtus, & nostra iustitia, & ideo quo magis diuinam virtutem imitatur, eo pulchriores exultimus. Audi sponsam, sponsam, id est iustam animam, de hac pulchritudine ac decore laudantem: Pulchra es amica mea, suavis, & decora, sicut Ierusalem. ] Quare pulchra?

An per naturam, quia natura animæ pulchra est, quoniam facta ad imaginem Dei, in qua, nisi eam peccatū originale turpasset, quidam naturalis splendor & nitor effulgeret? Et quare suavis? An per gratiam, vt putat Ambrosius, quia hæc quasi condit animam, vt gustui Dei sapiat, & eius voces & postulationes aptat, vt eas sponsus & sodales sponsi libenter auscultent? Et quare decora? An per virtutes, quæ animam, vt in conclaue dulcissimi sponsi ingrediat, decenter exornant? Ita protulit. Hæc sunt speciosissima ornamenta animæ, quæ eius deformitatem, a peccatis progredientem, non tantum abscondunt, sed delent, & simul cum gratia, earum matre, (nam de iustorum virtutibus, gratia formatis, sermo est) dignam faciunt, vt ab eo, qui speciosior est sole, & super omnem dispositionem stellarum luci comparatus, inuenitur pulchrior, de sui imitatione laudetur.

His pulcherrimis ornamentis circumdata anima, splendidis vestibus nequaquam indiget, vt se formosam ac decoram ostendet: quia ob solas virtutes admirationi erit aspicientibus eam, licet corpus vilissimis pannis oblitam gesserit. Meritoque Gregorius Nazianzenus ad quandam feminam scribens, ait: Non autem, nobilibus genibus immixtum, mulieribus ornamentum affert, nec regia facies, turpiter iucundis coloribus tineta perniciosaque alia facie obducta. Purpureæ porro, & aureæ, eximiaque, & splendide vestes, his demum conueniunt, quibus nullus vitæ splendor, nullum virtutis decus suppetit. At tibi pudicitia curæ sit, pulchritudoque etiam clausis oculis, admiranda. Mores autem præclaræque famam, optimum certissimumque florem existima. ] Et fortassis ob hanc causam, viri perfecti vestes corporis angustas & laceras amant, quia pulcherrimas virtutes induti, vestes corporis non honori sed oneri, non splendori sed pudori futuras existimant. Qui enim splendidissimis vestibus ornatus incedit, rudioribus amicis recusat, quod si omnino non possit, at eas admittit, quæ pretiosarum vestium splendori non obsint. Ita iustus virtutibus decoratus, quia sine

amicis

Cam. 6. 3.

Sap. 7. 20.

Nazian. ad Olympianam.

Handwritten marginal note in red ink: "Ezech. 18. 23. Hieron. lib. 3. in Ierem. ad c. 12."

amictu corporis exire non decet, illum accipit, qui corpus ita contegat, vt modestie & honestati non officiat. Et qui gestat honoris insignia, de decoris indicia simul gestare erubescit. Sic iustum, virtutibus insignitum, pudet, exquisitam curam vestium carnis habere, quarum necessitatem ignominia peccati & transgressionis inuexit. Sed quid mirum, si anima virtutibus ornata, tanquam verè pulchra, ex vestibus decorem non emendicet, quæ nec ex ipso corpore, quod viuificat, debet exquirere? Esto enim, quod corpus viri iusti deforme sit, & imbecillum, verberibus liuidum, squalore confectum, & mille plagis & vulneribus oneratum; at sola pulchritudo animæ, à virtutibus veniens, eum intuentes mirè delectat. Proferamus in medium, Augustinum, qui huic attestetur veritati: Si nulla, inquit, est pulchritudo iustitiæ, vnde amatur iustus senex? Quid affert in corpore quod oculos delectet? Curua membra, frontem rugatam, caput canis albarum, imbecillitatem vindique querelis plenam. Sed fortè quia tuos oculos non delectat senex iste decrepitu, aures tuas delectat. Quibus vocibus? Quo cantu? Esti fortè adolescens bene cantauit, omnia cum ætate defecerunt. An fortè sonus verborum eius delectat aures tuas, qui verba vix plenè enunciat, lapsus dentibus? Tamen si iustus est, si alienum non concupiscit, si de suo quod habet, erogat indigentibus, si bene monet, & rectum sapit, si integre credit, si paratus est pro fide veritatis, etiam ipsa constricta membra impendere, multi enim martyres etiam senes: vnde illum amamus? Quid in eo bonum videmus oculis carnis? Nihil. Quædam ergo est pulchritudo iustitiæ, quam videmus oculis cordis, & amamus, & exardescimus; quam multum dilexerunt homines in ipsis martyribus, cum eorum membra bestie laniarent. Nonne cum sanguis fœdaret omnia, cum moribus belluinis viscera funderentur, non habebant oculi, nisi quod horrent? Quid ibi erat quod amaretur, nisi quia erat in illa fœditate dilaniatorum membrorum integra pulchritudo iustitiæ? Haec tenus ille. Fœlix ergo est hæc pulchritudo animæ, quam ei vera virtus affert; siquidem ex rebus externis non pender, & sine nitore vestiam, sine auro, & gemmis, lapidibusque pretiosis, immò & sine ipsa pulchritudine corporis, ad eò conspicua est, vt oculis eam aspiciendum placeat, affectus ad se trahat, & intellectus in admirationem inducat. Fœlix planè virtutis pulchritudo; quæ possessorem suum non perdit, sed lucratur; non decipit, sed docet: non in superbiam erigit, sed per itinera modestiæ & humilitatis dirigit. Fœlix tandem pulchritudo, quæ se intuentes non ad libidinem mouet, non ad impura & praua desideria illicit, sed compunctionem, sed serenitatem mentis, sed desideria puritatis immittit.

Aug. ad Psal. 64.

Cant. 7. 6. Amb. ibi.

Huius internæ pulchritudinis à virtute manantis, non minus proprium est, quam pulchritudinis corporis, ad sui amorem excitare, immò multo magis, quia ista corporalis homines deliciis carnis deditos capit, illa verò amorem Dei, & Angelorum, ac beatorum omnium, ac iustorum in hac mortalitate viuentium sibi conciliat. Quia enim æterna est, & supra omne tempus se effert, ideo corda temporalia subiicit, & mentes æternas ad dilectionem inuitat. Deus sanè animam virtutibus ornata, & pulchram, ac decoram appellat, necnon & ob hæc pulchritudinem, suo amore dignam esse notificat. Cui dicit in Canticis: Quam pulchra es, & quam decora charissima in deliciis! Pulchra, decore virtutis, inquit Ambrosius; suavis, iucunditate gratiæ, re-

missione vitiorum, quam nulla vexat amaritudo peccati. Eo autem ipso quod virtutibus pulchra est, charissima nuncupatur, quia ab eo, qui loquitur, nimirum à sponso, ob virtutum decorem amplexibus amoris astringitur. Chara est Deo anima ex creatione, quia nihil ille odio habet eorum quæ fecit: charior est in regeneratione, qua maculam originalem deponit, & vestem gratiæ nuptialem induit: sed charissima in omnium virtutum perfectione, qua tum seipsam puriorem, tum gratiam ipsam splendidior efficit. Charissima profectò est, quæ fulget interiùs omnium virtutum merito, & micat exteriùs totius perfectionis exemplo. Si autem anima ob pulchritudinem ad eò impensè à Deo diligitur, quidni ab amicis sponsi, scilicet ab Angelis & sanctis, diligitur? Non mirum id: & ob hæc causam iuxta interpretationem Bernardi, sponsa, id est animæ virtutibus & perfectione pulchra dictum est: Recti diligunt te. Qui namque rectorum nomine potius intelligitur, quam sancti Angeli & homines in celo residentes, quos nec minima imperfectio fœdat, nec minima obliuio rectissimæ intentionis curuat? Hi profectò, qui omnino recti sunt, animam virtute pulchram diligunt, quia eam sibi similem, prout in hac miseriarum valle fieri potest, esse conspiciunt. Huius vocem & cantum, velut concentum pulcherrimæ cantatricis, libenter excipiunt. Nam & illi dicit sponsus: Quæ habitas in hortis, amici auscultant; fac me audire vocem tuam. Anima virtutibus destituta non habitat in hortis, sed in sepulchris, quia anima peccatorum habitat in corporibus, iniquitatis subiectis, quæ sunt sepulchra vitiorum: Anima verò, virtute pollens, non in sepulchris, sed in hortis habitat, quia proprium corpus, vt viridarium amicum & mundum, ne in ipsum serpentes peccatorum ingrediantur, circumspectionis vallo circumdat. Hanc Deus audit, & amici, scilicet beati omnes, auscultant; quia ille votis eius annuit, & hi, vt annuat, pulchritudine animæ inuitati, procurant. Quod verò iusti, in hac vita positi, animam virtute ornata, amore prosequantur, aperit docet Chrysostomus, sic scribens: Quid facit amorem corporum? Corporis luculentia & formositas. Itaque & animas faciamus pulchras & luculentas, & erimus inter nos mutuum amatores. Simus pulchri & boni, & ita semper habebimus amatores. Verè ita est, illi ab omnibus diliguntur, qui fulgentes virtutibus omnibus, ope, aut doctrina, aut exemplo profunt, & nulli nec in minimo officiunt. Illi diliguntur, qui non ad vanitatem, sed ad Dei gloriam, se virtute pulchros & admirabiles exhibent. Patet ergo, virtutem esse pulcherrimam, quæ ita oculis omnium placet, & affectus illicat; eisque ipsissimam animæ nostræ pulchritudinem, siquidem eam pulchram facit & mundam. Ac proinde, qui corporis formam non insuauem nec tarpem, habere volumus, virtutem, scilicet pulchritudinem animæ, primò ac præcipuè habere curemus.

Cant. 1. 3. Bern. ser. 24. in Cant.

Cant. 8. 13.

Chryl. in Act. 16. 40.

Virtutes omnes esse necessarias.

CAPVT VI.

**S**ATIS validè ex his, quæ hæcenus dicta sunt, mens iusti ad virtutum amorem inuitatur, & ad laborandum pro adeptione earum, accenditur. Nam si bonum per se est amar-

bile,

bile, & voluntatem hominis ad amorem trahit, & ad sui possessionem allicit, quanto magis bonum maximum ex rebus creatis, & quod honestissimum, & vilissimum, & deliciis plenissimum est, ad sui amorem alliciet? Sed forte dicat aliquis, suis imperfectionibus delectatus; bona est virtus, fateor, quin & pulchra est, decora facie, & grata conspectui. At mihi non est necessaria, & in rebus ad animam pertinentibus, pro solis bonis necessariis elaboro. Verbum hoc non erit viri spiritalis, sed carnalis hominis, qui non sapit ea quæ sunt spiritus Dei; cui respondendum non esset, quia, vt sepe diximus, non carnales homines, sed viros spirituales & perfectionis amatores alloquimur. Quia verò omnibus debitores sumus, vt si forte aliquis tepidus in has nostras lubricationes incidit, ei virtutes summè necessarias esse demonstramus: Quid tu igitur, o tepide, tibi necessarium putas? An id, sine quo salutem æternam nunquam assequeris? Sed ianua æternæ salutis pauperibus, non diuitiarum terrenarum, sed virtutum occluditur. An sine fide saluaberis [ sine qua impossibile est placere Deo? ] An sine spe, cuius absentia est infidelitatis aliqua nota? vnde Paulus infideles vocat homines, qui spem non habent? An sine charitate, qua [ qui non diligit, manet in morte? ] An sine humilitate, dicente Domino: Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum? ] An sine aliis infusus virtutibus, quæ nunquam à latere charitatis discedunt? Ergo si hæ virtutes æternam salutem afferunt, & earum absentia eandem salutem impedit, manifestum est, virtutes non vtumque bonas esse, sed & tibi & omnibus necessarias existere. Homo ille rex, qui fecit nuptias filio suo, videns inter vocatos ad nuptias hominem non vestitum veste nuptiali, acriter illum increpuit, & in tenebras exteriores, vbi est fletus & stridor dentium, illum mittendum esse decreuit. Quo nullus alius signatus est, nisi ille qui vocatus ad fidem, gratiæ ac virtutum indumento caret. Quare Ambrosius agens de eo, qui sine bona vita natalem diem celebrat Saluatoris, hæc ait: Dum vult officiosus esse, incuriosus existit: sicut ille in Euangelio, qui in cœtu sanctorum inuitatus, ad nuptias venire ausus est, vestem non habens nuptialem. Et cum alius niteret iustitia, alius luceret fide, alius castitate fulgeret, ille solus conscientia feditate pollutus, cunctis splendentibus, deformi honore sordebat. Et quanto plus simul discumbentium beatorum candebat sanctitas, tanto magis peccatorum illius apparebat improbitas, qui potuerat minus displicuisse forsitan, si in consortium iustorum minimè se dedisset. ] Nec solum Ambrosius & multi ex patribus, vestem nuptialem ex virtutibus contextam esse docent, sed Paulus etiam aperte indicat, dicens: Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. ] Quid enim aliud est induere nouum hominem, id est, conformitatem vitæ & conuersationis Christi sectari, nisi iustitia & sanctitate vestiri? Iustitia verò non pro aliqua speciali virtute, sed pro cumulo omnium virtutum accipitur, cuius gratia quis non iam simulatè, sed verè sanctus & perfectus appellatur. Et alio loco: Induite vos sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam. ] Quid est, rogo, induite vos, nisi, virtutibus circumdate & operite vos? Nihil in vobis appa-

reat, quod non virtutum actiones oleat? Et quid est, induite vos sicut electi Dei, sancti, & dilecti? nisi, statum vestrum considerate, ac dignitatem aduertite; & si indignum putatis, sponsam regis ac planè reginam, ignominiosè nudam, aut vilibus pannis operam incedere, quanto indignius erit, si cum animæ vestræ, electæ ad connubium Dei, ad sanctitatem vocatæ, & ad cœleste regnum electæ, vitiorum pannis sordeatis, & virtutum nuditatem ametis?

Planè Christus, lectissimus animarum sponsus; animam gratiæ & virtutibus nudam, ad nuptiarum mensam & ad regale cubiculum appropinquare non sustinet. Nam & virgines illæ, quæ ad delicias regis Assueri ex centum viginti septem prouincijs lectæ sunt ] myrrhino vngebantur, & aliis pigmentis & aromatibus vtebantur, ingredientisque ad regem, quicquid postulassent ad ornatum pertinens, accipiebant, & vt eis placuerat, compositæ de trichinio feminarum ad regis cubiculum transibant. ] Quanto magis sponsæ Christi, animæ sanctæ, quæ non ad spurcicias carnis, sed ad purissimas spiritus delicias vocatæ sunt, debent myrrhino amara compunctionis inungi, & pigmentis bonorum operum, ac aromatibus cœlestium desideriorum vti, nec non & ex diuitiis æterni regis, nempe ex virtutibus eius ornari, & charitate, humilitate, ac reliquorum bonorum habituum varietate compositæ, ad cubiculum Christi transire? Quemadmodum exercitius se componit, inquit Laurentius Iustinianus, quæ mortali vult placere sponso, & cunctas corporis abtergit sordes: ita qui cœlestem amat sponsum, spirituales sui spiritus diluet seditates. Nempe, qui carnaliter viuit, terrena cœpiscit ornamenta, vt humanis splendeat oculis; generosus verò Christi miles virtutes acquirit, vt diuinis redimitus conspiciatur obtutibus. ] Ne audeas, o anima, sine omni hinc emigrare splendore virtutum: nam sine illo ianuam sponsi non apertam, sed clausam & obsecratam inuenies. Illæ enim virgines fatuæ, quæ in aduentu sponsi oleo caruerunt, rogantes & obsecrantes, vt sibi aperiretur ianua, audita non sunt. Immo dictum est illis: Amen dico vobis, nescio vos. ] Quoniam oleo ista caruerunt, nisi oleo virtutum, quod est bonum opus, ex charitate ac virtute procedens? Nam, vt inquit Hilarius, oleum, boni operis est fructus. Quia autem isto oleo caruerunt, repulsæ sunt, & fatuæ appellatæ sunt. Verè enim fatui sunt omnes homines, ait Chrysostomus, qui solum existimant, sibi posse sufficere ad salutem, quia credunt in Christum, & Christiani dicuntur, & non festinant, semetipsos bonis operibus commendare. ] Nec etiam, o anima, tibi de castigatione corporis blandiaris, quæ ad modicum est utilis, nisi temetipsam ornamentis virtutum exornes. Reprehensione namque dignus esset homo, qui seruum suum ob peccata puniret, & seipsum ob similia peccata palparet: aut qui seruum indueret, se verò nudum relinqueret. Ita & tu reprehensione digna iudicaberis, si peccata tua in corpore punias, & in te vitia, peccatorum seminaria, foueas: si corpus aspera exercitatione vestias, & te ipsam virtutum splendore non induas. Quantumcumque te crucies, quantumcumque te domes, non sui copiam tibi faciet Christus, nisi inuenierit virtutibus adornatam. Nec grata erit Deo carnis castigatio, nisi ad internam puritatem referatur, & nisi tu fueris per virtutum adoptionem proprio restituta decori: Vnde Basilus sapienter monet, corporis castigationem viribus corporis adaptan-

Ephes. 2. 12.

Iust. lib. de disc. monaf. c. 8.

Matt. 25. 12.

Hilari. c. 27. in Matt. Chrysof. in imperf. hom. 52.

Hebr. 11. 6.

2. Thos. sal. 4. 12. 1. Ioan. 3. 14. Matt. 18. 7.

Matt. 22. 13.

Ambros. 14. de natali Domini.

Ephes. 4. 24.

Coloss. 3. 12.





Basil. c. 11.  
monast. c.  
5.

dam esse, virtutum verò exercitationem in primis esse sequendam. Reddam eius verba: Quamobrem ita amplectenda à nobis continentia est, vt eam cum viribus corporis cōmetiamur. Quæ autem solo animo cernuntur virtutes, eæ omnes omnibus promiscuè æqualiter seruandæ proponuntur: velut mansuetudo, morum facilitas, summissio animi, siue humilitas, bonitas, amor in fratres, innocentia, studium veritatis, misericordia, lenitas, humanitas. Has enim peculiare animi esse virtutes dicimus, quando ad eas patandas colendæve animo, corpus nihil plus affert, quàm quod ipsi quadam (vt ita dicam) veluti curia est, in qua huiusmodi res deliberantur. ] Hæc ille. Virtutum ergo adeptio, sine vlla comparatione, magis quàm corporis castigatio, necessaria est, quia ab illa non pauci, nempe ægroti, senes, & imbecilles eximuntur, à labore autem parandæ sibi virtutis, nec senex, nec ægrotus, nec infirmus, nec vllus alius liberatur.

Meritò autem dicimus, virtutem ad animæ salutem esse necessariam, sine qua, in omni sua latitudine accepta, nec præcepta ad salutem necessaria implentur, nec vitia salutis contrarij eliminantur, nec homines ingressum in regnum adipiscuntur. Hæc enim quia fidem continet, notionem nostri vltimi finis affert: quia spem, ad eundem finem obtinendum aspirat: quia charitatem, amicos Dei efficit: quia prudentiam, labores nostros in debitum scopum dirigit: quia iustitiam, neminem lædit: quia fortitudinem, impedimentis salutis obstitit: quia temperantiam, effrenes motus passionum regit. Hæc est tunica illa polymita, quam verus Israel, Christus, fecit Ioseph, id est, iusto, in magnæ erga eum dilectionis indicium. Virtus est vestis talaris, quæ vniuersa membra hominis tegit, omnes vires mentis ornat, & vsque ad talos, id est, vsque ad minima quæque corporis moderanda & componenda protenditur. Est quoque vestis polymita, nimirum ex multis filis coloribusque contexta, quia quamlibet vim animæ, quamlibet sensuum auaritatem, congruentibus actionibus afficit, & apta sibi pulchritudine vestit. Sine hac veste Ioseph, Ioseph non erit, id est, iustus, iustus non persistet, nec sanitatem mentis habebit, nec filius Dei, nec amicus agnosceretur. Quapropter nihil, vt inquit Ephraem, est in hac vita virtute præstantius, siquidem homines efficit amicos Dei. Aurum in conspectu ipsius tanquam arena est perexigua, & quasi lutum reputabitur argentum illi comparatum. Morbus hanc non tabefacit, & ægritudo hanc non obscurat. Et quæ omnibus formidabilis est mors, ab his, qui virtutem consecantur, despicitur. ] Virtus est mystica aqua illa, quæ ostensa fuit Ezechiel, redundans à latere dextro, id est, à Christo, qui dicitur est dextera & brachium Dei, cuius ministerio totus homo ad sui emundationem operitur, & sine illa aridus & immundus perseverat. Hæc aqua primò venit vsque ad talos, quia infima quæque hominis exterioris componit: deinde accedit ad genua, quia mentem aduersus insultus aduersariorum roborat: postea pertingit ad renes, quia desideria & affectiones moderatur: tandem tantæ est altitudinis, vt non possit pertransiri, quia cor spiritualis vitæ, cognitione & amore rerum cælestium & supernarum absorbet. Nec immeritò per aquam istam virtus dicitur adumbrata; quoniam, auctore Origene, doctrinam Euangelij significat, quæ iure optimo appel-

Gen. 33.  
3.

Ephra. de recordatione mortu.

Exech. 37. 2.  
Luc. 2. 51.

Orig. h. 17. in numer.

lari potest doctrina virtutum, nam in hoc tota occupata est, vt Christum, virtutum auctorem, & virtutes prædicet, & peccata vitæque condemnet. Est etiam virtus panis noster, quo in hac vita sustentamur, & pacifimur. Quem Dominus Ecclesiæ promittit dicens: Viduam eius benedicens benedicam, pauperes eius saturabo panibus. ] Pauperes enim sunt humiles, qui virtutem esuriunt, & se vacuos bonorum spiritualium cogitant, & hos Dominus suavissimo virtutum pane sustentat. Hunc etiam panem Angeli, docendo & exhortando, administrant iusto, quibus videtur loquutus Isaias, dum ait: Qui habitatis terram Austeri, cum panibus occurrere fugienti. ] Angeli profectò Austerum habitant; quia in perpetuo calore immensæ charitatis commorantur. Fugiens autem est iustus, qui peccata fugit, & omnia seculi mala euadere concupiscit. Hinc panes Angeli, id est, virtutes offerunt; quia virtutis pulchritudinem & eius exercendi rationem ostendant. Quia verò panis hic nobis, non solum pars refectiois, sed tota refectio est; imò & tota iusti viri substantia atque protectio, ideo aduersariis noster eum deuorare molitur. Quare Ieremias ait: Et comedet segetes tuas & panem tuum, deuorabit filios tuos & filias tuas: comedet gregem tuum & armenta tua: comedet vineam tuam & ficum tuam, & conteret vrbes munitas tuas. ] Segetes, virtus inchoata: panis, virtus perfecta: filij & filia, virtutum actiones: greges & armenta, virtutum præmia: ficus & vinca, virtutum causa data: consolationes: vrbes munita, ad virtutes seclandæ prædicata consilia. Hæc omnia aduersarius comedit, & destruit, cum in aliquo graue peccatum hominem deiciit, & quicquid fuerat lucratus, absimit. Si igitur [ initium necessaria rei vitæ hominis, aqua & panis, ] quam necessaria erit animæ virtus, quæ eam, vt aqua, mundat, & recreat, & vt panis, cibatur, atque sustentat:

Verè necessaria maximè nobis est virtus, quia non solum vt panis, reficit, non solum vt aqua, sitim desideriorum nostrorum extinguit, sed & vt pædagogus, erudit nos, quomodo debeamus sine querela apud homines conuersari, & Deum omnibus voluntatem implere. Qua sine querela inter fratres conuersamur, virtus est perpetua quædam laus Dei, qua eum actione laudamus, & videntes opera nostra, ad eius laudes permouemus. Qua verò Dei voluntatem implemus, virtus est quasi minister Dei, qui nos docet eius voluntatem facere, vel sicut miles quidam fortis à Deo missus, qui nos ad ea trahit, quæ summi imperatoris placito seu mandato consentiunt. Sed gratum erit hoc ore Augustini percipere. Ille sic ait: Qui Deum laudat lingua, non semper potest: qui motibus Deum laudat, semper potest. Opera misericordiar, affectus charitatis, sanctitas pietatis, incorruptio castitatis, modestia sobrietatis, semper hæc tenenda sunt: quia intus sunt omnes istæ virtutes, quas nominavi. Quis autem sufficit omnes nominare? Quasi exercitus est imperatoris, qui sedet intus in mente tua. Quo modo enim imperator per exercitum suum agit quod ei placet: sic Dominus Iesus Christus incipiens habitare in interiori homine nostro, id est, in mente per fidem, virtus istis virtutibus quasi ministris suis. Et per has virtutes, quæ videri oculis non possunt, & tamen quando nominantur, laudantur; non autem laudarentur, nisi amaren-

Psal. 131.  
15.

Isa. 21.  
14.

Ierem. 5.  
17.

Ecl. 29.  
28.

Aug. serm. 8. in 1. Ioh.

tur; non amarentur, nisi viderentur; & si vique non amarentur, nisi viderentur, alio oculo videntur, id est, interiori cordis aspectu: per has virtutes invisibiles, moventur membra visibilibus. Pedes ad ambulandum. Sed quò? Quò mouerit bona voluntas, quæ militat bona imperatori. Manus ad operandum. Sed quid? Quod iusserit charitas, quæ inspirata est intus à Spiritu sancto. Membra ergo videntur, cum moventur: qui iubet intus, non videtur. Et quis intus iubeat, propè ipse solus nouit, qui iubet: & ille intus cui iubetur. ] Hactenus ille. Tu igitur, o vir iuste, animam tuam arcam esse cogita, potentia Dei factam, & Christi merito ac passione refectionem, quæ inter aquas diluuij, hoc est, inter tentationes & aduersitates sæculi huius, huc illucque fluctuat, donec siccentur aquæ, & in terram solidam, in terram viuendum, & in portum salutis appellat. Ne autem vndarum vi, & impulsu turbinum periclitetur, iusti Noë laborem assume, & Domini præceptum exequere, quo dictum est: Arcam bitumine liniens intrinsecus & extrinsecus. ] Bitumen intrinsecus liniens arcam, est virtus interior, quam voluntas sine externo opere concupiscit, & desiderijs actionibusque internis promouet. Bitumen verò exterius liniens, est virtus externa, quæ iam actione se prodit, & proximis videntibus & audientibus, exempla rectæ conuersationis præbet. Hoc duplici bitumine arca spiritualis lita atque protecta, in medijs tentationum fluctibus nauigabit secura. Vel, si mauis, animam, arcam fœderis considera esse, in qua gemina pretiosissima aut potius verum manna, id est Christus, custoditur: cui dixit Pater per Isaiam: Dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram, & possideres ciuitates dissipatas. ] Quid autem præcepit Dominus arcam istam exornanti? Certè, Deaurabis eam auro mundissimo intus, & foris. ] Aurum, quo deauranda est arca, virtutem significat, quia virtus, sicut aurum, splendet, & multum valet, & alijs donis supereminet. Deaurabis arcam intus, si erga Deum charitatem habeas: optimum enim aurum, charitas, aurum ignitum, probatum, quo locuples fies. Deaurabis foris, si ex charitate exterius erga proximos, & erga teipsum reliquarum virtutum actiones expleas. Nam bonum aurum virtutes reliquæ, sine quibus nec aurum charitatis inuenitur, nec thesaurus mentis perfectus habetur. In arca cordis sic deaurata, Deus vram, manna, & virgam Aaronis quæ fronderat, & tabulas legis abscondit, quia filium suum per gratiam habitare in nobis facit, & sceptro potestatis suæ omnia nostra regit, & legem suam non iam in lapidibus mortuis, sed in actionibus sanctæ conuersationis scribit. Si autem opus nobis est Christum in nobis habere, ex eius præscripto dirigi, & vitam secundum eius legem efformare, discamus, virtutem esse maximè necessariam, qua & Dei habitaculum efficitur, & hæc tria, quæ dicta sunt, sine vlla dubitatione consequimur.

*Nullam Virtutem esse prætermittendam.*

CAPVT VII.



IRTUTES, quæ multæ sunt (vt postea dicemus) non sunt in eodem gradu

Iacobi Aluarez operum tom. 2.

necessariæ; quedam enim ad ipsam substantiam salutis animæ pertinent, vt Fides, Spes, Charitas; quedam ad huius salutis permanentiam ita conferunt, vt sine illis stare non possit, vt Prudentia, Iustitia, Fortitudo, Temperantia in aliquo perfectionis gradu, qui sub præceptum cadat: aliæ verò salutis spiritualis decori deseruiunt, vt minores quedam virtutes, aut gradus maiores illarum priorum, quæ per modum consilij proponuntur. Tamen licet hoc verum sit, nulla debet esse virtus, quamuis exigua, quam spiritualis vir obtinere non curet. Nam sicut diuites huius sæculi, nullum genus opum aut diuitiarum respuunt, sed omnia habere curant, quedam quidem ad necessitatem, quedam autem ad commoditatem, quedam verò ad splendorem & decorem; ita iustus, qui thesauros spirituales congregat, nullam virtutem, quantumuis exigua, videatur, reiciat, neque contemnat. Quæuis illarum ipsam ditiorem faciet, merita augebit, præmium æternum cumulabit, de eo consequendo securiorem reddet. Nulla igitur virtus, quoad fieri possit, parui ducenda est, ex cuius contempnu maximum damnum provenire potest, & ex cuius obtentione non exigua pars profectus nostri dependet. Hoc autem quanti momenti sit, ex duplici capite possumus declarare, tum ex parte finis, quem per vitam spirituales intendimus, tum ex ipsis virtutibus, quas studio & labore comparamus. Est finis nostri laboris, domum in corde nostro, regi sæculorum extruere, & templum magnificentum Deo deorum ædificare. Si ab hoc opere celsimus, queritur Dominus, & quod ante vocationem nostram non dixit, nunc dicit: Quare non ædificastis mihi domum cedrinam? Et de hoc templo ait Paulus, ad Ephesios scribens: Superædificati estis super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide, Christo Iesu: in quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in Domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritu. ] Fundamentum itaque huius ædificationis, Christus est, aut fides Christi, ab Apostolis Prophetisque prædicata: & quia habitatio, quam ædificamus, cælestis est, ideo fundamentum eius non in terra, sed in cælo est. Solum autem, in quod hoc cæleste fundamentum iacitur, & per fidem & gratiam ponitur, est cor nostrum aut mens nostra, in qua per Christum stabilita non per virtutem humanam, sed per virtutem Spiritus sancti, crescit domus Dei, quousque in fine sanctæ & perseuerantis vitæ consummetur, & perficiatur. Istud autem esse veri spiritualis officium, in corde suo domum Domino ædificare, optimè docuit Hugo Victorinus in hunc modum: Nemo dicat non possum ædificare domum Domino: non sufficit tantis impendis tenuis paupertas mea, cui & ipse locus deest exuli, & peregrino, & in terra aliena degenti. Hoc opus est regum: hoc multorum est opus populorum. Ego verò quomodo ædificabo domum Domino? Cur sic cogites homo? Non hoc exigit à te Deus tuus. Non dicit tibi vt fundum emas alienum ad amplificanda atria sua. Cor tuum inhabitare vult: hoc amplifica, hoc dilata: dilata, inquam, quia magnus est Dominus, & nescit in hoc loco angusto habitare. Dilata ergo cor tuum, vt capere possis, quem capere non potest mundus. Dilata cor tuum, vt habere merearis hospitem Deum; & non (sicut consuetudo est iacet homines) vnus noctis hospitem.

2. Reg. 7.  
7.  
Ephes. 2.  
22.

Hugo. lib.  
4. de arca  
mora. c. 1.

*Psal. 118.*  
32.

*Cap. 2.*

sed æternum habitatorem. Dilata ergo cor tuum. Quod si tu in dilatando deficiis, ipse tibi dilatabit: cum ille aliquando dilatatus ab eo, dixit: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.] Et de impensa quid dicam? Non necesse est maria transire, & ignotas exquirere regiones ad comparandos lapides pretiosos, & marmora electa, nec cedros excelsum incisas, de libano per alta maria manibus conductis aduchere, aut nescio quot numerosa artificum millia congregare, qui & thesauros regum attenuare possent. Nihil horum à te postulatur, in te & de te fabricabis domum Domino Deo tuo. Ipse artifex eris; cor tuum, locus; cogitationes tuæ, materia.] Hæc ille. Qui & postea faretur domum hanc ex virtutibus esse ædificandam. Cum enim domum spirituales, arcæ Noë comparasset, subdit: Similiter nos de hoc profundo, de hac conuall lacrymarum per quadam incrementa virtutum, quasi per quosdam gradus in corde nostro dispositos, ascendentes paulatim, in vnum colligimur, quousque ad illam simplicem vnitatem, & veram simplicitatem, æternamque stabilitatem, quæ apud Deum est, pertingamus.

Domus ergo hæc Dei in corde nostro ædificatur, & non ex alia materia, quam ex multiplici virtute construitur. Virtutes verò, non incongruè, aut eam lapidibus, aut cum parietibus, aut cum partibus ædificij conferuntur. Sunt lapides pulchri & expoliti, quia ex vna virtute alteri adiecta, & ex alia priori superimposita domus ista paulatim vsque ad consummationem coalescit. Sunt parietes stabiles & erecti, qui inter se connexi ac concatenati, firmitudinem domui tribuunt. Sunt partes ædificij, quia virtus quælibet est instat cænaculi aut conclauis optimi, in quo pro diuersitate occurrentium occasionum excipimur, & in eo liberi à casu & periculo conuiescimus. Domus autem non ex vno aliquo lapide, sed ex multis, immò ex omnibus iuxta magnitudinem ædificij necessariis componitur: non ex vno pariete, sed ex multis, qui structuram compleant, extruunt: non ex vno, aut altero atrio, aut cænaculo, sed ex omnibus illis, quæ in idea artificis expressa sunt, ædificatur. Igitur hæc domus Dei, quæ amplissima & perfectissima esse debet, non vnam aut alteram virtutem, sed omnes prorsus virtutes, sine quibus pulchra omnino & perfecta non erit, ad suam perfectionem requirit. Egregie sanè hanc similitudinem persequitur Dorotheus, insignis vitæ spiritualis magister, cuius verba, quæ nostram doctrinam confirmant, non præterimus. Sic ille ait: At quo pacto ædificatur animæ domus? Possimus à materiali rei huius diligentiam perdiscere. Opus primum ei est, qui voluerit domum condere, vndique illam præmunire, & à quatuor partibus attollere ædificium; nec vnius tantum partis habere curam, cæteras verò negligere, quandoquidem nihil proficit, sed & laborem, & sumptum, atque omnia denique perdit. Id ipsum est in anima, cuius nullam partem debet homo neglectam habere: sed æqualiter & aptè eam erigere. Et hoc est quod aiebat senior ille venerabilis Ioannes Abbas: Liber mihi hominem ab vnaquaque virtute, paucillum quid decerpere, & non (vt plurimi faciunt) vni semper virtuti insistere, cæteras negligere. Hi enim cum in ea ipsa virtute, cui insistant, principatum fortasse teneant, nec ab oppposito & contrario vilo ipsius virtutis oppugnentur, à reliquis tamen passionibus subducuntur, & oppugnantur, nullaque illis cura deinceps est, sed existimant sese magnum quippiam tenere. Hi similes

*Dorothei doctrina*  
14.

A mihi videntur eius, qui cum parietem ædificare voluerit, & attollere quantum quierit, ad ipsius altitudinem tantum prospectum habet, & magnum aliquid extruxisse se credit, non prospicit autem, quòd quibus ventus, etiam modicus, spirauerit, illum potest ad terram deicere. Non enim cænam habet & coniunctionem aliorum parietum. Neque enim potest quis sibi tectum facere in vno pariete.] Hactenus Dorotheus. Et profectò in eos, qui aliquas virtutes habere negligunt, non male quadrat illa increpatio Domini per Aggeum Prophetam: Nunquid tempus vobis est, vt habitetis in domibus laqueatis, & domus ista deserta? Quia magnam curam impendunt in hoc, vt ex rebus terrenis nihil omnino illis desit, vtque nihil habeant minus commodum: domum verò Dei, imperfectam & semifactam, in cordibus suis habere contemnunt. Quæ quasi deserta relinquunt, si non (pro humana possibilitate, quam gratia Dei semper iuuat) vsque ad consummationem perficiatur. Cellam, o frater, sine foribus, aut sine fenestra lignea, aut sine vensilibus non habebis, immò nec paruum foramen, per quod videaris, vel ventus perfleret, sustinebis: & domum Dei, quem in corde tuo habitatorem excepisti, ex defecta aliquarum virtutum ruinofam & penè dirutam esse permittes? Si hoc non est teipsum Deo præferre, at est, parum de tua salute spirituali curare.

Sed & virtutes ipsæ, nos ad nullam earum præmittendam, astringunt, quoniam non solum Philosophis, verum & Patribus attestantibus, connexæ & concatenate sunt inter se, ita vt vna deficiente, aliæ non leue detrimentum subeant. Id autem quoniam modo sit, & quibus rationibus subnitatur, videndum est, ne huius veritatis ignoratio nos segnes & incuriosos in adeptione virtutum efficiat. Virtutum quædam sunt infusæ (vt postea dicemus) quæ Deo donante & infundente, in mentibus nostris habentur; quædam acquisitæ, quæ proprio hominis labore & industria parantur. Virtutes infusæ ita charitati annexæ sunt, vt simul cum illa à Deo nobis proueniant, & simul cum illa perdantur, nec ad momentum (duabus Fide & Spe exceptis) sine illa perdunt. Sicut enim anima vires naturales habet, quibus ad intelligendum, & volendum, & ad alias actiones exercendas, procedit: ita charitas, quæ vita est animæ nostræ, cuius & gratiæ præsentia spiritualiter viuimus, vires secum habet, nempe virtutes morales infusæ, actione similes, & sine dissimiles acquisitis, quibus per modum imperantis & mouentis, in actiones studiosas vitæ spirituali necessarias incumbit. Quare non aliter quam anima recedente, potentia eius abeunt, charitate pereunte hæc omnes virtutes ab ea procedentes, deperunt. Virtutes acquisitæ cum charitate etiam concatenate sunt, non quia sine illa non maneant, aut veræ virtutes esse desinant, quæ sine charitate in propria obiecta ferri possunt, sed quia sine hac præstantissima virtute non sunt virtutes perfectæ, aut (si ita loqui licet) non sunt virtutes Christianæ, quæ in Deum, suum summè dilectum, tendant, quæ Christi virtutes imitentur, & vitam promereantur æternam. Hæc quoque acquisitæ virtutes connexæ sunt cum prudentia perfectæ, nam hæc in quaque virtute mediocritatem eligit, & modum operandi rationemque præscribit. Necessarioque qui hanc habuerit, virtutibus aliis carere non poterit. At si quis integra perfectæque prudentia non polleat, bene poterit substantiam alicuius virtutis

*Aggei.*  
4.

*D. Thom.*  
12. q. 65.  
art. 2.

*D. Thom.*  
supra &  
97. art.  
4.

*I. Tho.*  
12. q. 65.  
art. 1.  
*Artif. 6.*  
*Ethico.*  
c. ult.

habere.

habere, licet alia virtute careat, ut nunc dicemus. Sed an ipsae virtutes morales non iam in aliquo alio, ut in charitate vel in prudentia, sed inter se ipsas connexae sint, magna inter Theologos concertatio est, quam alienam ab hac tractatione putamus, cuius non est Philosophicas subtilitates disquirere, & ideo solum quod nostro proposito seruiat, in medium proferemus. Putamus ergo, has virtutes secundum suam naturam non esse connexas, quasi natura vnus ab alterius natura dependeat, aut quasi vnus non possit, vna harum virtutum praetermissa, aliam acquirere. Occurrit enim saepe materia vnus virtutis sine alia, ut materia abstinentiae, sine materia elemosynae aut misericordiae, & materia castitatis sine materia mansuetudinis aut clementiae. Quamobrem bene poterit quis in illa materia castitatis se exercere, & nihil de clementia curare, atque adeo sine clementia castitatem acquirere. Ipsaque experientia compertum est, quosdam in vna virtute eminere, cui studuerunt: aliam vero raris occurrentem quasi omnino nescire. Et sicut actiones ipsae studiose seorsum, & quadam sine aliis exercentur: ita & habitus sine virtutes, quae per illas gignuntur, quod ad naturam suam attinet, adinuicem separantur. Nisi dicamus vnus virtutis actibus omnes virtutes acquiri, quod consonum rationi non est. Nam si illi actus, omnes virtutes gignerent, bonitatem etiam & merita, & laudes omnium virtutum haberent: si autem non habent, nec omnes virtutes gignunt, sed tantum propriam illam, circa cuius materiam versantur, cuiusque finem respiciunt. Ergo si rerum naturam inspicimus, bene potest vna moralis & acquisita virtus, sine alia reperiri. In quam sententiam Cassianus, referens memorabile dictum Antonij Abbatis, haec ait: Alius enim scientia floribus exornatur, alter discretionis ratione robustius communitur, alter patientiae grauitate fundatur, alius humilitatis, alius continentiae virtute praeteritur, alius simplicitatis gratia decoratur. Hic magnanimitatis, ille misericordiae, iste vigiliarum, hic taciturnitatis, ille laboris studio ceteros supereminet. Et idcirco monachum, spiritualia mella condere cupientem, velut apem prudentissimam, debere vnamquamque virtutem ab his, qui eam familiarius possident, deslorare, & in sui peccatoris vase diligenter recondere; nec, quid minus aliquis habeat, discutere, sed hoc tantum quid virtutis debeat contemplari, studioseque decerpere. Et Leo Papa, vnam virtutem sine alia esse posse, pro certo videtur supponere. Ille sic inquit: Quamuis quis fidelis sit, & castus, & sobrius, & aliis moribus ornatus insignibus, misericors tamen si non est, misericordiam non meretur.] Et Hieronymus: Qui vnam habuerit, omnes videtur habere virtutes, participatione non proprietate.

Licet autem haec ita sint, quod vna virtus secundum naturam suam sine alia subsistat, tamen multis aliis rationibus, quasi extra venientibus, omnes sunt inter se connexae virtutes, ut propterea necesse sit et qui studiosus & perfectus esse velit, nullam earum praetermittere. Primum enim participatione quadam, ut dixit Hieronymus, sunt ipsae connexae: Nam in quolibet virtutis actu est ordo rectus medij ad finem, qui pertinet ad prudentiam: est rectitudo & aequalitas cum regula operandi, quae pertinet ad iustitiam: est firmitas animi in operando, quae pertinet ad fortitudinem: & est moderatio, quae spectat ad temperantiam. Et de hac connexione dixit Gregorius: Ut sicut quibundam visum est, de primis quatuor virtutibus loquar, prudentia, temperantia,

A fortitudine, atque iustitia tanto perfectae sunt singulae quanto vicissim sibi inter se coniunctae. Disiunctae autem perfectae esse nequaquam possunt: quia nec prudentia vera est, quae iusta, temperans, & fortis non est: nec perfecta temperantia, quae fortis, iusta, & prudens non est: nec fortitudo integra, quae prudens, temperans, & iusta non est: nec vera iustitia, quae prudens, fortis, & temperans non est. Augustinus quoque eundem modum connexionis, licet obcurius, insinuat: Virtutes, inquit, quae sunt in animo humano, quamuis alio & alio modo singulae intelligantur, nullo modo tamen separantur ab inuicem, ut, quicumque fuerint aequales, verbi gratia in fortitudine, aequales sint & prudentia, & temperantia, & iustitia. Si enim dixeris, aequales esse istos fortitudinem, sed illum praestare prudentiam, sequitur ut huius fortitudo minus prudens sit, ac per hoc nec fortitudines aequales sunt, quando est illius fortitudo prudentior.] Quod vero hi patres de quatuor virtutibus praecipuis asserunt, suo modo possumus dicere de reliquis, quae sunt illis annexae. Quaelibet enim aliquid alterius participat, si in aliquo saltem gradu perfectionis consideretur, sine quo non nihil pulchritudinis illi videtur deficere.

Deinde virtutes omnes sunt connexae perfectione, quia vna sine alia non est vnde quaeque perfecta. Sicut enim ex pluribus pulchris partibus corporis componitur vna hominis pulchritudo, ita ut si aliqua pars pulchra, & optime disposita in suo loco deficiat, non sit pulchritudo perfecta; sic vna perfectio moralis animae ex omnibus virtutibus constat, quorum si aliqua desit, perfecta perfectio (ut ita dicam) & absoluta non erit. Et quemadmodum, si quis haberet vnum oculum pulchrum & splendidum, alium vero deformem & caecum; ille primus oculus non esset omnino pulcher atque perfectus, cuius pulchritudo non solum consistit in hoc, quod ipse pulcher sit, sed in hoc etiam, quod conformis & proportionatus alteri sit: Eodem modo vna virtus, ut castitas non est sine patientia omnino perfecta, quia eius perfectio non solum est in hoc, quod concupiscentiam frangat, sed in hoc, quod sine ira, & indignatione, & sine nimia & absorbente tristitia tentationes insurgentes sustineat, & vincat. Et hanc connexionem virtutum tangit Gregorius his verbis: Vnaquaeque virtus tanto minor est, quanto defunt ceterae. Nam saepe quosdam pudicos quidem vidisse nos contigit, sed non humiles: quosdam vero quasi humiles, sed non misericordes: quosdam quasi misericordes, sed nequaquam iustos: quosdam vero quasi iustos, sed in se potius quam in Domino confidentes. Et certum est, quia nec castitas in eius corde vera est, cui humilitas deest, quippe quia superbia, se intrinsicis corrumpente, fornicatur, si semetipsum diligens, a diuino recedit amore. Nec humilitas vera est, cui misericordia iuncta non est: nec debet humilitas dici, quae ad compassionem fraternam miseriae nescit inclinari. Nec misericordia vera est, quae a rectitudine iustitiae existit aliena, quia, quae potest per iniustitiam pollui, nescit proculdubio sibi in seipsum misereri. Nec iustitia vera est: quae fiduciam suam non in conditore omnium, sed in se fortasse aut in rebus conditis ponit: quia dum a creatore spem subtrahit, ipse sibi principalis iustitiae ordinem peruertit. Vna itaque virtus sine aliis, aut omnino nulla est, aut imperfecta.] Haec ille.

Tandem virtutes connexae sunt indigentia mutui subsidij: quia perfectio vna virtus, quae ab alia auxilium non recipit, manifesto discrimini subiacet. Hoc aperta exempla demonstrant. Da enim homi-

Aug. 6. de  
Tempt. c.  
4. no. 3.

Gregor.  
supra.

nem castum, sed non humilem: in hoc vacillabit castitas, si occasione ignominie & vilipensionis exponatur. Da humilem, sed non castum: in hoc nabit humilitas, si superbia & dominatio delictis & voluptatibus circumdetur. Sed da hominem mansuetum, & non liberalem: in eo peribit mansuetudo, si per iniuriam opes sutripias. Da liberalem, sed non mansuetum: cessabit largitas erga te, etiam cum oportuerit erogare, si illum occasione irae & vindictae contingas. Idem profus in aliis virtutibus considerate poteris, quarum vna alterius ope destituta, corrumpit, & hæc illius auxilio priuata, labascit. Omnes igitur virtutes, vt alio loco dixit Gregorius, in conspectu conditoris sui, vicaria ope se subleuant: & quia vna virtus sine alia vel nulla est omnino vel minima, necesse est vt vicissim sua coniunctione fulciantur. Si enim vel castitatem humilitas deserat, vel humilitatem castitas relinquat, apud authorem humilitatis & mundicie prodesse quid præualeat, vel superba castitas, vel humilitas inquinata? ] Ac proinde merito virtutes omnes, filiis ac filiabus patientis Iob significatæ sunt, non solum quia ex labore & patientia generantur, sed quia, vt etiam idem sanctus Pater meditatæ est, valde quælibet virtus destituitur, si non vna alij, virtus virtuti suffragetur. Ad cuius rei figuram in diuina scriptura aliquatenus exprimendam, dictum est ad Moysen in Exodo: Sume tibi aromata, stactem, & onycha, galbanum boni odoris, & thus lucidissimum, facièsque thymiamam. ] Quid enim thymiamam nisi vitam spirituales signat, cuius sacrificium in altari cordis oblatum, & igne diuini amoris incensum, acceptatur à Domino in odorem suauitatis? At hoc thymiamam non ex vna aliqua re odorifera, sed ex pluribus, id est, ex omnibus virtutibus conflatur, & si aliqua deficiat, nequaquam numerus eorum quibus componendum est thymiamam, completur. Non redolebit vita spiritualis suauiter, si aliqua ei virtus necessaria desit, si eam reter odor alicuius vitij contaminet. Non erit tuta, si ei aliqua ex parte facile hostis accesserit. Accedet autem, si aliqua virtus illi defuerit. Nam qui quicumque virtute caret, locum aduersario, per quem ingrediatur, relinquit. Et sicut qui cum alio decertat, si aliquod membrum corporis habeat nullis armis protectum, in illo ab hoste ferietur, & fortassis ex accepto vulnere vita priuabitur: ita animus, si partem animæ habeat non debita sibi virtute munitam, in illa peccati vulnus, quod gratia vitam eripiat, accipiet. Iahel, vt Sisaram interficeret, quæ fuit in capite vulnere locum, locum, inquam, quem non galea protegeret, quem clauus sine vilo impedimento perforaret. Hanc industriam ad perdendas animas diabolus non ignorat, sed si videat concupiscibilem honestate munitam, irascibilem verò mansuetudine vacuam, non multum curat concupiscentiæ occasionem ingerere, quas amor honestatis eludet, sed nititur, nos ad iracundiam & indignationem, ex leuissimis etiam causis prouocare. Querit in anima vulnere locum: quare qui timer vulnus accipere, & vi tentationis deiici, nullum locum non virtute armatum, hosti omnia attentè consideranti, relinquat.

Nulla igitur virtus prætermittenda est, nulla quasi non necessaria parauidenda; siquidem minima etiam virtutis absentia, potest esse magnorum defectuum occasio. Negotiator gemmas pretiosas quarrens, fulgentissimas & pretiosissimas diligit, minus verò lucidas, minusve pretiosas non spernit, quia scit, tam illas, quam illas viles esse ad suarum opum augmentum. Et virtutes gemmæ sunt, quibus non

A solus animus sed & corpus ipsum ornatur: margaritæ sunt adeo pretiosæ, vt ad eas nobis comparandas filius Dei sanguinem suum in pretium impenderit. Simus ergo prudentes negotiatores, qui omnes possidere ad animæ ornatum cupiamus, nullamque non necessariam, non adiciendam nobis decorem, cogitemus. Prudens paterfamilias, qui domum habet magnam & familiam multam nimis, varia congregat in horrea sua, ciborum genera, quibus tum sibi, tum filiis, tum famulis, tum iumentis necessariam subministrat. Neque enim omnibus idem cibus congruit, nec diues erit ille & sibi sufficiens, si habeat similam pro filiis, & panem cibarium pro famulis, careat verò paleis & hordeo pro iumentis. Iam, ô iuste, ex hac similitudine te ipsum agnosce. Paterfamilias es, cui cura filiorum, seruorum, & iumentorum sustentandorum incumbit. Memoria, intellectus, & voluntas, sunt quasi filij, quoniam vires spirituales cum sint, animæ naturam spiritualem imitantur. Sensus interni & affectus cordis sunt quasi serui, qui imperio rationis obediunt. Sensus externi & membra sunt quasi iumenta, quæ si bene regantur, ad iter in cælestem patriam conficiendum nos iuuant. Omnium istorum alimenta sunt diuersarum virtutum actiones. Nam memoria pascitur consideratione, intellectus prudentia & fide, voluntas, iustitia & Dei & proximorum amore. Sensus interni pascuntur tranquillitate, affectus temperantia & fortitudine: sensus externi, modestia; membra corporis, externa virtutum omnium exercitatione. Pro sustentanda hac copiosa familia, stude omnia genera virtutum recondere: nullamque, licet minima videatur, prætermittas, quia cibus est alicuius famuli aut iumentum, sine quo famem non modicum sustinebit, & te crudelitatis accusabit, qui alios reficiens, ipsum sine debito cibo manere permittis. Miles se totum armat, & nullum armorum genus, ad sui tutamen necessarium, prætermittit, omnes autem virtutes necessariæ sunt, ne in pugna aduersus demones illidamur. Vt enim dixit Bernardus: Quatuor sunt arma, quibus principaliter communimur: Prudens & humilis intelligentia, quæ est quasi galea, & caput operit: mediocritas & parca temperantia, quæ est lorica, & pectus tegit: perseverans & patiens constantia, quæ est quasi seutum, & dexteram munit: retribuitur æquitatis iustitia, quæ est gladius utrobique incidens ad diuisionem animæ & spiritus: Si ergo temerarium esset, sine galea, aut sine lorica, aut sine seuto, & gladio, hostem optimè armatum aggredi, nonne stultum erit, sine aliqua virtute, quæ munimentum nostrum est, te aduersus aduersarios nostræ salutis pugnare? Ita sanè. Quare omnis virtus excolenda est, ne insipientiæ ab omnibus arguamur, & à Iesu Christi, virtutum magistri, imitatione separemur. Ille enim dixit Ioanni, cum petiit ab eo baptizari: Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam. ] Qui omnem iustitiam impleuit, nullam prætermittit: Iustitia enim omnis, nihil aliud est quam virtutum omnium operatio, omniumque mandatorum custodia. Sicut ergo ille verus præceptor & dux noster, nullam virtutem exercere prætermisit, earum quæ ipsum decebant, & nullam imperfectionem inuolunt; sic & nos discipuli eius facti, nulli virtuti studere prætermittamus, vt pro nostro modulo possimus dicere, quòd per gratiam Dei, prout nobis datum fuit, omnem iustitiam impleuimus.

Conclusio

Greg. 21.  
mor. c. 8

Iob. 1.

Gregor. 1.  
mor. c. 16.

Exod. 30.  
34.

Iudic. 5.

Bern. in  
sententiis.

Matth.  
15.

Conclusio dictorum s. de instrumentis  
assequenda Virtutis esse  
tractandum.

CAPVT VIII

**V**ENERANDAM virtutis faciem utcumque deteximus; quam honesta, quam utilis, quam deliciis affluens sit, vidimus: eius incomparabilem pulchritudinem & decorem aspeximus: & quam necessaria sit nobis, adeo vt ex qualibet eius parte non modicum profectus nostri dependeat, considerauimus. Quid superest, nisi vtiliam pretiosam gemmam quaramus, quam & honestam, & proficuum, & decoram, & pulchram, & summe necessariam esse fateamur? Saepe nos, o magnam caecitatem! in suum amorem turpia traxerunt; iam sancta, & pura, & honesta nos trahant, Saepe noxia, & animo tristitia, & foeda, falsa nos specie boni decepterunt; iam proficua, & laeta, & pulchra pelliciant. Saepe vana & profusa inania dileximus; iam vera, & solida, & necessaria diligamus. Ne simus ad nostram peniciem, quam ad nostram salutem promptiores; & si illa magnam vitam occupauit, haec saltem modicum illius, quod residuum est, occupet. Hoc prudentia dicitur, iustitia exigit, & commoditas propria requirit, vt bona malis, maiora minoribus, & vera vanis praeferrantur. Si autem in rationem, in legem, in aequitatem, & in nosmetipsos iniuriosi sumus, si quidem opportunitas suppetit, male gestum emendemus. Ad hoc vita ista nobis a benignissimo omnium bonorum datore conceditur, qui nos emendatos & meliora sapientes inuenire cupit, quoniam, cum non delectetur in perdizione viuorum, nequaquam causas perdendi nos, sed occasiones impertienda salutis quaerit. Statim enim atque formauit Dominus Deus hominem de limo terrae, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitae, ei in vno illo mandato non edendi de ligno scientiae boni & mali, praecipuarum virtutum praecipuum imposuit. Annon ibi praecipuum prudentiae, qua medium a Deo ordinatum ad salutem eligeretur? Annon ibi praecipuum iustitiae, qua voluntati Domini sepius subderetur? Annon ibi praecipuum fortitudinis, qua diabolo contraria suggerenti resisteretur? Annon ibi praecipuum temperantiae, qua pomum vitium non gustaretur? Quin & illo ipso creationis exordio praecipua Fidei, Spei, & Charitatis, lata sunt, vt intelligeret homo, se ad virtutes capeffendas esse conditum, & ad consequendam beatitudinem per obseruantiam mandatorum creatum. Tempus ergo in vitis, in vanitatibus, & in prophanis cutis impensum, a virtute suffuratum est. Quid faciet homo, nisi mores suos emendare, & in eo, quod vite restat transeundum, se totum virtuti tradens, damnum illi & sibi ipsi illatum refarcire? Non spondeas, inquit Ecclesiasticus, super virtutem tuam: quod si sponderis, quasi restituens cogita. ] Primam partem huius praecipui custodiimus, quia nihil Deo supra vires nobis datas polliciti sumus. Licet enim virtus supra vires naturae sit, non tamen supra vires gratiae, qua sine vlla intermissione fulcitur. Secundum vires nostras spondimus, nec haecenus sponsoni steterimus, quid nunc instat, nisi vt de restitutione cogitemus? Verum quidem est, quod futuro tempore, operibus virtutis debito, praeteritum in legitime & tepore consumptum, ad plenum non restituemus, sed in terrena

Genes. 2.  
7.

Ecl. 8.  
16.

**A** republica, si non solum iusta, sed etiam benigna & misericors sit, debitor liber exit, qui licet non quod debet, at quod potest, restituit. Non est autem virtus natura parcior, & ea quae homini humanitatem tribuit, non est humanitate seuerior. Quare placabitur tibi, o homo, quamuis ei tempus elapsum, quia iam non tuae subiacer potestati, non reddas, si futurum tempus, quod est in tua manu, restituas. Ab hoc momento dic cum Dauide: Nunc cepi; ] & incipe dies tuos dare virtuti, quos non perditos, sicut eos, quos dedisti saeculo, sed in sinu seruatricis tuae ad meritum cumulum custoditos reperies. Dies namque consumptus in virtutis obsequio, non labitur, quia eius breuitas recte impensa in aeternitatem commutatur. Latio quidem solis huius visibilis super terram transiit; templum vero sanctitatis, quod ex virtutibus, tanquam ex politis lapidibus, in cordibus nostris extruimus, nunquam euanescit. Est enim illo Isaclitarum templo longe felicitius, quia illud, licet fortissimum & optime aedificatum, hostium rabies solo aequauit: de quo praedixit Dominus: istud vero spirituale templum, si velimus nos, licet hostes fremant, & omnes vires suas in illud exerant, in perpetuum cum sua gloria & splendore persistet.

Illud vero ab hoc opere detertere nos posset, quod lapides virtutum ad tantam molem aedificandam, vbi sint inueniendi, non nouimus, nec artem templa fabricandi didicimus. Et temerarium esset, si ne materia, sine sumptibus, & sine artis peritia, in opus vere magnum & admirandum incumbere. Sed haec non tam ab opere retrahunt, quam ad opus mouent, quia omnia necessaria in promptu sunt nobis, ne ab hac aedificatione cesserimus. Locus enim, in quo domum istam aedificamus, non est aliud quam cor nostrum. Nam & Dominus id aperte significat, dicens de homine se diligente, suosque sermones custodiente: Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. ] Atque alio loco: Ego sapientia habito in consilio, & erudis intersum cogitationibus. ] Quid enim est, habito in consilio, nisi habito in corde iusti, vbi sana & recta consilia excogitantur, vt ea excitem atque promoueam? Si ergo Dominus in corde iustorum habitat, & in domo, ex virtutibus aedificata, habitat, manifestum est, quia domus haec non alio loco, quam in corde iustorum extruitur. Materia vero, scilicet virtutes, ex quibus domus spiritalis fabricanda est, non longe est a nobis, adeo vt possimus dicere, quod lapidicina apud nos est, ex qua huiusmodi lapides eruantur. Virtutum enim exercendarum occasionem, ex prosperis, ex aduersis, ex bonis, ex iniquis, ex vitis quibus affligimur, ex peccatis quae patramus, & ex propensionibus cordis nostri, si bene aduertimus, facile elicimus. Ex prosperis illi virtutis occasionem accipiat, quibus dictum est: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula. ] Ex aduersis illi virtutis occasione sumunt, in quibus impletur Dauidis sententia: Cum occideret eos, quarebant eum, & reuertebantur: & diluculo veniebant ad eum. ] Et iterum: Clamauerunt ad Dominum, cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eripuit eos. ] Ex bonis, & iustis, illi qui Apostoli vocem audiunt, dicentis: Quorum intuentes exitum conuersationis, imitami simidem. ] Ex iniquis, illi qui probe norunt, quia inimici hominis, si mali sint, [ domestici eius. ] Ex vitis virtutum occasionem accipimus, cum voluptatem quam in vitis quaerimus, potius in virtutis actionibus inuenimus. Ad quod pulcherrime Augustinus ait: Quid est vnde homo comoneri non possit ad virtutes capeffendas, quando de ipsis vitis potest? Quid enim

Psal. 76.  
11.

Matth.  
24.2.

Ioan. 14.  
23.  
Prover.  
8.12.

Luca 16.  
9.

Psal. 77.  
34.  
Psal. 106.  
6.

Hebr.  
13.7.  
Matth.  
10.36.

Aug. lib.  
de vera  
religione  
c. 52. 70.  
1.



appetit curiositas, nisi cognitionem, quæ certa esse non potest, nisi rerum æternarum & eodem modo se semper habentium? Quid appetit superbia, nisi potestiam, quæ refertur ad agendi facilitatem, quam non inuenit, nisi anima perfecta, & Deo subdita, & ad eius regnum summa charitate conuersa? Quid appetit voluptas corporis, nisi quietem, quæ non est, nisi ubi nulla est indigentia & nulla corruptio? Sic ille. At peccata ipsa, occasiones esse virtutis, illa verba Pauli declarant: Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Item & illa: Gaudium est Angelis Dei super vno peccatore poenitentiam agente: quoniam videlicet ex peccatis, anam poenitentia, maioris humilitatis, charitatisque captauit. Propensiones autem cordis, quantam materiam virtutis subministrant? Videmus certè, iustos in bonum suis propensionibus uti, & amore cognitionis incensos, salutaribus lubricationibus fideles instruere; mites & benignos misericordia operibus studere, quietos & placidos ad quietem contemplationis & opus diuini amoris excitari. Non ergo longè sunt in corde, & in ore, & in manibus nostris, si tantum velimus operari, & omnem segnitiam ac torporem excutere.

Ad Rom. 8. 28.  
Luc. 15. 10.

1. Paral. 21. 14.

Sed de sumptibus & impensis faciendis, non est cur plus nimio sollicitemur, cum ea Christus Saluator noster ex immensis suis thesauris obtulerit. Certè quidem sanctus Dauid, filio Salomoni ædificandi templi curam imponens, dixit illi: Ecce ego in paupertate mea preparauì impensas domus Domini, auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum: æris verò & ferri non est pondus: vincitur enim numerus magnitudine: ligna, & lapides preparauì ad vniuersa impendia. Sic & Christus in paupertate sua, id est, in tempore mortalitatis suæ, immensas diuitias preparauit, & efficacissima gratia auxilia collegit, quæ nobis ædificationi huius spiritualis templi deseruiant. In talentis auri, auxilia ad charitatem, & in talentis argenti, auxilia ad cognitionem veritatis habendam agnosce. Nec mireris, si argenti auro copia sit maius, quia magis cognoscimus, quàm diligimus, & sæpe cognitio peruenit, quò nullus aut modicus amor accedit. In ære, auxilia ad promendas diuinas laudes, & in ferro, gratiam ad resistendum tentationibus & vincendum intellige. Et meritò æris & ferri nec assignatur pondus nec numerus, quia semper debemus diabolo pugnanti resistere, & adiutorem nostrum sine fine laudare. In lapidibus autem & lignis, virtutum moralium habitus, & actiones considera, quæ optimè inter se disposita, domum istam spirituales constituunt. Si Deus impensas facit, & operatur in nobis & velle, & perficere pro bona voluntate, quis poterit de paupertate ad ædificandum querulari? Nec tandem ædificandi imperitia nos excusat: quoniam, qui hoc onus extruendi sibi domum imposuit, artifex est peritissimus, & quos vult artifices facit. Ipse Noè arcam fabricare docuit, & opus nunquam à mortalibus visum, per manus eius effecit. Ipse Moyse exemplar, ad cuius similitudinem tabernaculum fabricaret, ostendit. Ipse Beseleel ad mirabilia opera, quæ ad cultum Domini necessaria erant, erudiuit. Ipse ad molem illam stupendam templi Hierosolymitani extruendam, Salomonem illustrauit. Quin & Paulum hanc eandem artem optimè docuit, qui secundùm gratiam Dei, quæ data est sibi, ut sapiens architectus fundamentum posuit, ut fideles superædificent. Et nemo doctus est, qui ab eo non didicit, & nullus ab eo illustratus, qui imperitus remanserit. Si ita se res ha-

Philip. 2. 15

Genes.

Exodi.

3. Reg.

1. Corin. 3. 10.

bet, nulla superest excusationis umbra, quæ nos ab hoc vtilissimo labore eximar, & in otio & vœcordia derineat. Non debet homo, inquit Hugo, suam imperitiam aut infirmitatem considerans, desperare, sed cum potius, qui secum operari dignatur, attendere. Deus enim est virtus & sapientia: & non potest aliquis aut cum virtute deficere, aut cum sapientia ignorare: maxime cum idem ipse sit, qui & nobis operantibus bonum cooperatur: & non operantibus, ut velimus, & possimus bonum operari, largitur. Dei quippe opus in nobis nobiscum est: & nostrum opus in nobis ab ipso est. Eius opus in nobis nobiscum est, nostrum adiutorium, & nostrum opus in nobis ab ipso est & ipsius donum. Hæc ille.

Hugo. lib. 4. de arca mor. c. 1.

Omnes quidem iusti & sancti viri in hoc opus incubuerunt, ut domum spirituales in cordibus suis Domino exædificarent, & virtutes omnes, quibus ipsa ædificatur, acquirerent. In præmium huius laboris, & gratiam sine meritis acceptam amplificauerunt, & secundum mensuram bonorum operum beatam vitam obtinuerunt. Ædificata enim domo Domini audiuit Salomon Dominum dicentem sibi: Sanctificauì domum hanc, quam ædificasti, ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum, & erunt oculi mei, & cor meum ibi, cunctis diebus. Ita si extruxerimus hanc domum spirituales, quam virtutes, ut lapides viui & politi, componunt, Dominum nos sanctificantem, & in nobis habitantem, non leuibus iudiciis cognoscemus. Qui & sua prouidentia nos reget, & suo amore fouebit, donec ad æternam patriam nos efferat, & præmia ineffabilia retribuatur. Qui autem desideria se dedit, & pro virtutibus in corde suo vitia congesserit, quam ratione præmia iustorum & laborantium accipiet? Vnde Basilius optimè:

3. Reg. 3.

Quomodo verò nobis, cum pluris faciamus vitam voluptariam, quàm eam quæ fit ex præscripto, vitæ illam beatitudinem, & consortium sanctorum, ac latitiam, qua vnà cum angelis in conspectu Christi exultabimus, proponere, atque polliceri possumus? Eiusmodi cogitationes non sunt profectò sanæ mentis. Quomodo vnà cum Iob ero, qui ne minimam quidem afflictionem grato animo tolerauit? Quomodo cum Dauide, qui patienter inimicum non pertulit? Quomodo cum Daniele, qui Deo perpetua contentia & oratione, laboris plena, non supplicauit? Quomodo cum Angelis? cum vestigia eorum non sim sequutus? Quis est ex his qui præmia certaminum proponunt, ad eò nullius iudicij, ut eum qui ne certauit quidem, æquali corona dignum iudicet cum eo qui palmam maxima cum laude tulit? Quis imperator eos, qui in prælio ne comparuerunt quidem, ex æquo cum eis ad spolia vocabit, qui hostes fuderunt? Hæc & multa alia Basilius, ex quibus aperte perspicitur, quanti nobis referat in virtutibus congregandis laborare, ut accipiamus felicitatis coronam. Deus enim qui misericors est, & ex misericordia nos vocat, iustus etiam est, qui ad se vocatos, & semel in suam gratiam admissos, ex misericordia simul & iustitia præmiare disponit. Quòd si otiosi, & desides, & suam salutem negligentes, præmio digni non sunt, & iustitiæ lex eos mercede vacuos manere decernit, oportet ut nos omnem desideriam, & negligentiam abiciamus, nostramque salutem diligenter curemus, ne cum eo, qui talentum abscondit, pauperes & inglorij relinquamur. Benefac Domine, ait sanctus Dauid, bonis & rectis corde. Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. Illis itaque Dominus benefacit, illis benignum se præbet, erga illos magnificè & liberaliter se habet, qui bono & recto sunt

Basili. orat. 3. de pescan. 10.

corde:

Psal. 124. 4. 5.

corde: cor autem bonum sola virtute redditur, & re-  
ctum sola iustitia & Dei gratia, à qua omnis iustitia  
& omnis virtus manat, existimatur. Quare qui gra-  
tia, & iustitia, & virtute carent, benignitatem & mer-  
cedem à Domino, nisi respiciant, & bonitatem vir-  
tutis induant, nequaquam expectent. Istis qui noua  
debita peccatorum contrahunt, qui nouis se obliga-  
tionibus iniquitatum inuoluunt, qui obliquitates  
conscientiæ sectantur, sedes cum reprobis, qui ini-  
quitatem sunt operati, parata est. Eorum poenam  
sentient, quorum facta imitati sunt, vt inquit Augu-  
stinus, quorum praesentes lætitiis amauerunt, & fu-  
tura supplicia non crediderunt. Pax profectò, & mer-  
ces, & beatitudo non super istos, sed super Israel.  
Nam illi qui Deum viua fide credunt, & in omni lo-  
co ipsum praesentem intuentur, & præcepta eius, qui  
vbiq; praesens est, præterire erubescunt, vtq; ocu-  
lis eius placeant, multiplices virtute se induunt, & in  
eo quod semel cœperunt, vsque ad finem perseue-  
rant, pace illa fruuntur, quam Dominus benefaciens  
& benignè se gerens, bonis & rectis corde parauit in  
æternis sedibus suis.

Nunc ergo ad hanc domum Domini fabrican-  
dam, ad virtutum lapides effodiendos, & ad studiosa  
opera ex præscripto diuinæ legis præstanda, quid nobis  
faciendum est? Certè, vt existimo, instrumenta ap-  
ta quaerere, quibus hoc grande opus, quod iam per  
abiectionem mali inchoatum est, persequi ac con-  
summare possimus. Neque enim semel contigit, vt  
quis locum aptissimum ad domum ædificandam ha-  
beat, & materiam copiosam, & abundantem pecu-  
niam, & artificem peritissimum; & tamen quia neces-  
sarius instrumentis caret, nunquam domum ædifica-  
tam videat. Aduersarius noster instrumenta quaesuit,  
quibus à nobis virtutem eriperet. De quo dictum  
est: Totum in hamo subleuauit, traxit illud in sa-  
gena sua, & congregauit in rete suam. Vtq; est  
dolosâ interrogatione, pro hamo, quæ dixit: Cur  
praecipit vobis Deus, ne comederetis de omni ligno  
Paradisus? Et leuitatem mulieris expertus est. Deinde  
vltus est ablatione timoris, pro sagena, dicens:  
Nequaquam morietimini: & falsa promissione, pro  
rete: Nam aperientur, inquit, oculi vestri, & eritis  
sicut dii. Quia verò negotium illi successit ad vo-  
tum, eadem arte instrumenta parandi ad fines præ-

A posteros assequendos, suos sectatores instruxit. Qua-  
re dictum est in lamentatione assumpta super Ty-  
rum: Diuitiæ tuæ, & thesauri tui, & multiplex in-  
strumentum tuum, & cætera quæ sequuntur, cadent  
in corde maris in die ruinae tuæ. Nos autem vel ex  
hoste nostro discamus, quomodo sint instrumenta  
apta paranda ad virtutes assequendas. Nam si qui-  
busdam instrumentis virtutes ipsæ à nobis tollun-  
tur, quæ sunt tentationes & artes diaboli, quibus nos  
ignorantes spoliat, contrariis instrumentis recupe-  
randæ sunt, quibus humana industria diuinæ gratiæ  
auxilio suffulta, virtutes de manu eas deprædantis  
eripiat. Sanè recensitis multis, varisque rebus ad  
vsum tabernaculi, & ad cultum diuinum præparatis,  
subdit scriptura: Hæc sunt instrumenta taberna-  
culi testimonij, quæ enumerata sunt iuxta præcep-  
tum Moysi: vt iustus intelligat Dei tabernaculum,  
quod in intimo cordis erigitur, & diuinum cultum,  
quo Deus virtutum actibus adoratur, instrumentis  
nonnullis indigere, sine quibus nec tabernaculum  
erit sufficienter instructum, nec virtutum actiones  
optimè præstabuntur. Beatissimus autem Patriar-  
cha Benedictus in sua regula, instrumenta virtutum  
appellauit ipsas virtutum actiones, quibus & à malo  
auertimur, & bonum facimus, & diuina mandata  
complemus. Et quidem sapienter: quoniam bona  
opera sunt instrumenta, quibus ad perfectionem af-  
cendimus, & ad beatitudinem peruenimus. At hoc  
loco magis pressè instrumenti nomen accipimus.  
Vocamus enim instrumenta virtutum adminicula  
quædam, quæ ad virtutum actiones præstandas, & ad  
habitus earum inferendos iuuant. Sicut enim ars car-  
pentarij apta instrumenta habet, vt dolabram, as-  
ciam, & ferram, & alia similia, quibus ligna scindit, &  
dolat, & suum artificium conflat: ita & hæc ars asse-  
quenda virtutis, sua habet instrumenta, non huma-  
na industria sed diuina inspiratione reperia, quibus  
virtus ipsa conquiritur. Hæc instrumenta nunc nos  
explicare volumus, vt qui aitem virtutum adipiscen-  
darum scribimus, rationem eas acquirendi monstre-  
mus. Faxit Deus, vt in re vtilissima, & à paucis metho-  
do & ordine explicata, ita procedamus, vt & legen-  
tes, viam virtutis facilem & firmam inueniant, &  
mens nostra, quæ hæc ex benignitate Domini medi-  
tatur, nequaquam ieiuna & vacua persillat.

Aug. ib.

Abasur. 1.15.

Gen. 3.1.

Ibid. n. 5.

Exod. 27.27.

Exodi 38.21.

Bened. in reg. c. 4.



# PARS SECVNDA

## De Instrumentis assequenda Virtutis, pertinentibus ad intellectum.

**V**IRTUTES humanis actibus generantur: quod si non nimis pressè, sed aliquan-  
tulum late intelligatur, omnibus virtutibus conuenire, certum est. Nam Virtutes,  
quæ dicuntur acquisita, actibus humanis generari nemo dubitat: si enim actiones vir-  
tutum vitia procreant, & homines virtuosos faciunt, cur actiones virtutum non virtutes pro-  
creabunt, & homines studiosos & virtutum possessores efficiunt? Virtutes verò, quæ vocan-  
tur infusæ, licet à Deo misericorditer homini donentur, tamen mens viri adulti, ad eas reci-  
piendas humanis actibus, ex gratia & libero arbitrio procedentibus, aliquo modo disponitur, &  
illis acceptis actibus ab eisdem virtutibus manantibus, earum augmentum meretur. Quare

D. Tho. 12. q. 63. art. 2.